nos talē consuetudinez non habemus: nec ecclesia dei.ij. Timoth.ij. Serum dei litigare non oportet. ex de sindico. c.unico. Proverb. xvii. Homo puerus suscitat lites. Omnis lis. etiā iudicallis ex aliqua rā dice avaritie est. Iaco.iii. Unde bella et lites in vobis: noīe ex concupiscentijs vestris: vnde et Seneca Quietissimā vitam ducerent hoīes: si hec duo tollerentur de medio. meum et tuū. pro hoc faciunt. xj. q.j. te quidē: et. S. ex his. xiiii. q.j. S. j. t. S. qz erga. xvii. q.j. de p̄sentium. Item aplus ad Ephe.v. Redime tes tempus: qm̄ dies mali sunt et. vbi Aug. Temp redimit q perdit. i. dat de suo vt vacet deo: quasi det nummum vt habeat vinum. et ista est quedā tpiis re demptio: vt si quis vult tecuz in iudicio contendere post tunicā dimitte pallium: vt habeas cor quietum. Quia vero obijcitur q ista p̄cepta fuerunt data generaliter in monte Matth. v. et oībus perfectis et im perfectis: verū est: sed non vñiformiter: quia aplis et viris perfectis fuerunt iniuncta simpliciter et absolu te: alij uero fuerunt iniuncta quodāmodo fm qd et sub conditione: scilicet si vellēt absqz p̄ctō viuere: et ad perfectionem virtutis attingere. vnde alijs magis fuerunt consilia qz p̄cepta. appetētibus perfectionem p̄cepta. vnde Aug. Sed tu longe es a pec cato iniusti erectoris: quo oīno non exigis debitū. ideoqz bonus magister ait. Qui p̄cesserit te in unaz maxillam: prebe ei et alteram. Matth. v. xiiii. q.j. qd debet. Item Aug. Quisquis p̄ceptis nō obtē perat: reus est p̄silio. si vti volueris minus boni adi p̄sceris: non malū aliquid perpetrabis. xiiij. q.j. quis quis. Item qd opponis de verbo dñi loquētibus sibi discipulis. Matth. xviii. Si peccauerit in te frater tuus. z. i. dī ecclēsie. ergo apostolici yiri et apostoli possunt conqueri ecclēsie de sibi injuriantibus et suas res auferentibus. Bicēdum q istud est potius contra opponentem: q dñs loquitur ibi de modo et ordine correctionis fraterne: q est fienda intuitu fraterne charitatis: et nō intuitu proprie vtilitatis. ij. q. j. si peccauerit. vbi de hoc. xl. dist. fm illud. ex de iudic. nouit. et legif et no. et de hereti. cum ex iniuncto. in glos. ad hanc. Nec enī admonend⁹ est secreto frater et postmodum denuntiandus ecclēsie propter ali quod cōmodum tēporale: vt opponēs in suo medio implicat: sed propter lucru aī spūale. vnde dicitur ibi: Si te audierit lucratus eris fratrē tuum. non res cuperes vestem tibi ablatā: vel aliaz rem tpalem. vni de Aug. ibi. Si pp̄ te id facis: nihil facis. si autē amo re illius facis: optime facis. Deinde q instat q apostolus. i. ad Cor. vi. quis dicit. Jam oīno delictū est in vobis: q iudicia habetis inter vos. non loqui tur viris perfectis: sed loquitur Corinthijs: qui nō re liqueran: sed sibi retinuerāt bona ppria tpalia: nō facit pro ipso: sed magis contra: quoniam si habere iudicia de rebus tēporalib⁹ est p̄ctū aliqz infirmis et imperfectis nec eis licet nisi him venia; multomagis est peccatum perfectis: nec eis licet. qd est contra opponentem. Quia autē apls loquitur ibi de iudicio rerum tēporalium: vniuersaliter et absolute: siue cum fraude siue absqz fraude, patet: quia de tali iudicio loquitur ibi apostolus: quale concedit seu permit tit ibidem ipsis Corinthijs: sed apostolus concedit seu p̄mittit ibi Corinthijs iudicā sine fraude: et nō iudicia cum fraude. qd patet in eo qd dicit: Iudicia igitur secularia si habueritis: contemptibiles qui sunt in ecclēsia. illos constituite ad iudicandū. qd manu festū ē intelligere de iudicij bona fide absqz fraude

q: iudicia cum fraude non concedit dicens ibi: An nescitis quia iniqui regnum dei nō possidebunt: et ita omne iudicium litigiosum siue cuz fraude: siue sine fraude, implicat ad p̄ctū: et per consequēs repugnat viris perfectis: vnde directe reprehendit in iudicio contentionē quiz dicit: Sed frater cum fratre in iudicio contendit ex qua contentione continua subiūgit. Iaz oīno delictum est in vobis: q iudicia habetis inter vos. nulla de fraude et dolo: sed solum de cōtentione prehabita mentione. Ideo dicit. Jam delictum oīno est in vobis et. c. quasi diceret, habere iudicia fraudulēta hoc est vituperabile apud omnes genites etiā infideles: sed apud nos est vituperabile habere qcunqz de tpiis iudicia siue fraudulentia siue non fraudulenta ideo citius deberetis pati iniuria vel fraudē. qz p̄ temporaliibus in iudicio contendere. Istaz perfectionis doctrinā sequētes oīm sancto anachorite egypciū nedum illud pauperculū modicum qd habebant eis subtractum in iudicio non repetebant: sed nec suribus eis subtrahentibus et scientibus ipsis aliquid dicebant. vnde de Abazchario legitur, q quum semel ad cellam suam reverteretur: et ibi invenerit furē tollentem qd in cella habebat: stetit tanqz peregrinus carirans aīl cum illo latrone de rebus suis et. mm multa patiētia: et plurit eum dices. Nihil in hunc mundū intulimus. i. Timoth. vi. H̄is dedit: dñs abstulit: sicut ipse voluit ita factū est. benedictus deus in oībus. Job. i. De quodam alio senē legitur, q quum qdam alius frater vidimus suus sepe sibi furaret de his que in cella habebat: et ipse videret illum: non arguebat senex: sed amplius opabatur dicens: puto frater ille necessarius ē habebat ergo senex magnā tribulationē ex penuria panis. Quum autē moreret et circundedissent eum fratres. senex vidit illum fratre q solebat ei furari: et dicit ei: Accede ad me frater: et apprehendit eius manus et osculabat dicens: Gratias ago manibus istis fratres: q propter eas arbitror me iturus in regnum celorum. Ille autē frater compunctus corde et agens penitentiaz, factus est et ipse strenu⁹ monachus. Alius frater regnauit senē dicens: si mihi debet paucos nummos frater: iubes vt repetaz eum? Lui senex. semel tm̄ dic ei cum humilitate. at ille: qd si semel ei dixerit et nihil mihi respondeat: quid faciam? Tunc senex. vltterius nihil dicas ei. At ille. Et qd faciam quia nō posivz vincere cogitationes meas nisi illi fuerō importunus. Lui senex: dimitte cogitationem tuā crepare tantummodo fratre tuum ne cōtristes quia monach⁹ es. Et go yiris pfectis pro re aliqua tēporali litigare non licet. Legis etiam in vitiis patrum, q quum tres anachorite iuissent ad metendum sub certa mercede: et unus eoz fuisse infirmatus alij duo iuabant eum recipere partē mercedis. ipse vero dicebat q non debebat habere partem, q non laborauerat. Alius anachorita determinauit hac questionē charitatue. q recipere partē: quā cum plantu recepit ille infirmus. Item Luc. vi. Et ab eo q auserit tibi vestimentū etiam tunica noli prohibere. vbi Chrysostomus. Hec est em̄ virtus aīe: que oīno auersa est a passione cupiditatis dimitiaz. decet enim eum qui pius est: et obliuisci malorum vt et ea quibus clares amicos iuuamus: per leuentibus conseruamus. Itē ibi. Luce. vi. Et qui auserit q̄e tua sunt: ne repeatas. Chrysostomus. Adeo percipimus omnia. q autē dicimus meū et tuū, nuda tm̄ sunt verba. Si nāqz domum tuā asseris: emisiſti verbū

carenſ ſubſiſtentia rei. Nam et aer et ſolum et cemētum creatoris ſunt tu etiā ipſe qui domum pſtrixiſti: ſed etiā tuus fit vſus: nō ſolum pp mortē: ſed etiā propter rerum euētus aia tua non poſſidetur a te: et quo pacto tue reputabunſ opes? vult anteſ de⁹ tua foſre q̄ tibi p fratribus credita ſunt: que poſſides tua non ſunt: niſi pro alijs diſpensaueris. Hunc autē tua: ſi pro alijs diſpensaueris. Si vero tibi affluenſ expenderiſ: que ſunt tua iaz facta ſunt aliena. Sed ppter neſandaz opus cupidinem homines in curijs conrinxant: contra qđ ch̄zus dicit. Et q̄ auſter q̄ tua ſunt: ne repetas, vbi etiam Aug. Qđ de veſtimento domo iūmēto fundo et gñaliter oī pecunia dicit. hec Aug. Perfectus ergo pauper ſicut erant apli q̄ omnia propter deū dimiſerunt: non litigat ſuper re ſibi ablata. et ſi litigat: iam cupiditate aliq̄ ligatus eſt. et ideo pfectus pauper non eſt: ga perfectus pauper n̄t hil ſibi appropriat: ſed oīb⁹ omnia cōmunicat: et ſemper ad tēpū innocentie: quo omnia erant cōmunia ſe reducit. dist. viii. q. j. t. vii. q. j. c. i. hoc em̄ eſt ppriuſ proprie veri et pfecti et euangelici et apli pauperiſ: nihil ſuper terram habere propriuſ: nec in viſu rerum qbus vtitur proprium facere. vii et malus religiosus quum pprium habere nō poſſit: vt. vii. q. j. nolo. et c. non dicatis contra naturā vſus in viſu ſibi propriuſ constituit: et ideo contra ſtatū regularē viuit: cui annexa eſt oīs proprietatis abdicatio. extra de ſta. mo na. cuž ad monaſteriū. q. f. Nec glorieſ ſe vacuo no mine non haberesi qđ habet pro ſolo vſu: alijs non cōmunicat quum nō vtitur: ga factis verbis contra riuiſ eſt: et ideo realiter proprietarius eſt. vii. q. j. c. i. et c. quia tua. et c. ſcimis. vnde de eo proprie dicit ad Titū. i. Conſiteſ ſe noſſe deum: ſubaudi in obſeruan tia regulari: factis autē negat: q̄ proprietarius eſt nō cōmunicando qđ habet quum necessario non vtif. hoc optime probat. xxij. q. v. cauete. et. vii. q. j. nolo. vii verum et pfectum pauperē euangelicum: quales erant apli: deſcribens Climacus in gradu. xvij. de vi ctoria auaricie dicit. qđ pauper opator non habet aſ ſectum ad aliqd vitioſe qđ habet: et ei aduenientia quaſi nō eſſent reputaſ. ſi vero in aliquo contriſtaſ: nondū pauper eſt factus. Qui contēnit malos libe rabitur a contradictione verboꝝ et litigatione: ama tor poſſidendi pro actu vſaq; ad morteſ pugnat. Nō erat in Job veſtigium auaricie. hinc oībus priuaſ imperturbatus manſit. Job. i. huſuſq; Climacus. Item in vitiſ patrum legiſ: q̄ quum duo patres ſi mul manerēt: dixit vnuſ alteri: faciam⁹ et nos vnaſ ſite ſicut et alijs hoīes faciūt. Dixit alter: nescio quem admodū fit liſ. dixit ille. Ecce ego pono vnuſ late rem in medio: et dico. ga meus eſt: et tu ga non eſt dic tuuſ: ſed meuſ. Et ex hoc fit cōtentio et riſa. Et dū poſſuſt laterem in medio: dicente uno qđ meuſ e. ille alter primū reſpondit: ego meum eſſe ſpero. quū ille alter iterum diceret: non eſt tuuſ ſed meuſ: tunc ille reſpondit: et ſi tuuſ e tolle eu: quo dicto non inue nerunt quemadmodū litigarent. Item in vitiſ pa trum. Generunt latrones in cella cuiuſdā ſenis dicēteſ ſoia que in cella tua ſunt: venimus tollere. Reſpo dit ſenex qntum vobis placet filii tollite. Tollentes ergo q̄euid inuenerunt abierunt. Remaſti autem ſacellus in abscondito: quem tollē ſenex inſecutus eſt eos: clamans filii tollite qđ obliti eſtis. Illi vero admirantes patientiā ſenis, reuocauerunt eum: et pe nitentiā egerunt, reſtituentes q̄ abstulerant: dicētes hic hō dei eſt. Ut pulchre clemens dicit in canone.

q. x. j. c. ii. ſed p iniquitatē alius dixit hoc eſſe ſuū, et alijs illud. et ſic inter mortales facta eſt diuiniſio. Item apli quum miſſi fuerunt a dño ſpecialiter ad pdcandum pacem iuxta Eſa. lii. Quaz pulchri ſup montes pedes annuntiantis et pdicantis pacē. vii. q. j. olim. quō in iudicio contendiſſent et alios ad im patientiā inſirmos incitauſent: et contra illud qđ pre dicabant feciſſent. hoc de eis credere indignū eſt: qđ magni non fuſſent in regno celoz, ſicut ſunt ſi diriſſent et nō feciſſent et ſe non pacificos: et ſe non mun di contēptores veriſiſimos oſtendиſſent. Mat. v. Ad eos em̄ potiſſime qui erant capita ecclie: et totius perfectionis exemplar: ptinebat non litigare nō alios ad eos odiēdos puocare. Gal. v. ſed ad concordiā reuocare et pacificare. xc. dist. per totum. ex de treu. et pa. c. iij. q. f. Quis em̄ viðeret eos p tpalibus q̄ ſunt ſtercora. Phil. iij. litigare, et eis de contēptu mundi crederet: ca. xxv. dist. primū. immo neduz ſolus paulus dixit, Phi. iij. ſed et oēs alijs apli omnia arbitrati ſumus ut ſtercora: ut ch̄uim et proximum lucrifaci mus. Nam et ſimpler laicus frater Egidius ſocius beati Franciſci dicebat. Si viſ ſaluari nō petas tibi fieri iuſtiā ab aliquo. Preterea ſi apli cum aliquo in iudicio litigaiſſent: ſupponendū eſt qđ ſemper iuſte petiſſent: et rei contra quos egiffent ſe ptra iuſtiā defendiſſent. In iudicio autē vterq; ſubit tam reuſ qđ actor calunie iuramentū. C. de iura. calū. aut. prin cipales. et ex de iura. cal. c. i. et vlt. ſed dñs dixit Mat. v. Sit ſermo veſter eſt eſt. non non. ex. de iureu. et si ch̄zus. Jurare autem et ſi pctū non ſit: nō tñ debet fieri niſi qđ neceſſitate cogaf, videlicet quum videt pigros elle hoīes ad credendū: qđ eis eſt viile ſicut dicit Aug. in ſermone dñi: et ponit. xxij. q. j. ita ergo: ſed nulla neceſſitas erat aplis ad repetendum aliqd in iudicio: ex quo extra iudicium eoz debitores no lebānt eis reddere: ergo iurare non licite poterāt: qđ per hoc debitores ad ſalutē non reducebāt: immo fuſſet eis occaſio peierandi ex quo alijs eis ſatisfacere debitores nolebānt qui em̄ ſcīt alium velle faſluz iurare: et a tali recipit iuramentuz vincit homicidā: qđ homicida corpus occiſurus eſt: ille aīam: immo duas animas: et eius quem iurare prouocauit: et ſuā: ſic dicit Auguſtinus in ſermone de decollatio te beati Joannis: et trāſfertur. xxij. q. v. ille. Item. Mat. v. Uidens Ieſus turbas: dicit Auguſtinus ſuper il lum ſermonem, quod apostoli in hac vita illas. viij. beatitudines ibi deſcriptas habuerunt. Sed inter alias. ſecunda beatitudo eſt, beati mites et c. vbi Au gustini. Mitis ſunt qui cedunt improbitatibus: et non reſiſtunt malo: ſed vincunt in bono malum. Et idem ſuper lucam. Mitiga ergo affectum tuum: ut iraſcaris: aut certe iratus ne peccaueris. Declaruz eſt enim motum temperare conſilio, nec minoris virtutis dicitur cohibere iracundiam: quam omni no non iraſci: quum plerunq; illud leuius: hoc forti existimetur. Rixentur igitur immiſtes et dimicent pro terrenis et temporalibus rebus: ſed beati mites: quoniam ipſi poſſidebunt terrā de qua euelli nō poſſunt: illam inquaz terram de qua in psalm⁹. cxli. dicit: Mētio mea in terra vi uentiuſ. Ergo et apostoli pro terrenis nō litigauerunt in iudicio nec extra: quod ſi ſeciſſent: mitiſtatis beatitu dinem non habuſſent: qđ eſt contra Auguſt. vt. ſ. dixi.

Est concordia inter decretalem exiit extra de verbis
sig. et constitutionem D. Pape Ioá. L. 59.

Restat inter hec querere quod possit esse concordia inter decreta exiit. ex de verbis signi lib. vi. et extraugantem dñi Pape Ioan. xxij. que incipit, Ad conditorē. et aliam quod incipit, Cū inter. cui tenet talis est de verbo ad verbū extractus de bulla appensa hic ponit, extrauganti Ioan. xxij. Cum inter nonnullos viros scolasticos, sepe contingat in dubium reuocari: utrum ptinaciter affirmare redemptorē et dñm nostrum Iesum Christum, eiusque aplos in speciali non habuisse aliqua nec in cōmuni, hereticum sit censendum, diuersis diuersa et aduersa etiam sententibus circa illud. Nos huic cōrectationi finez imponere cipientes, assertionem huiusmodi ptinacem: vide quod legitur et no. ex de sum. trini. c. i. li. vi. in. s. fi. super verbo assere re. in vltima glos. Joan. an. cum scripture sacre que in pleriqz locis ipsos nonnulla habuisse assertit p̄dicat expreſſe ipsamq; scripturā sanctam, p̄ quam vtqz fideli orthodoxe probant articuli: quoad premissa fermentū aperte supponat ptinere mēdaciū: ac per cōſe quens quantū in ea est: eius in totā euachans fidez catholica redat eius p̄bationem adimēns dubiaz et incertā, deinceps erroneā fore censendam ac hereticam de fratribus nostroꝝ consilio hoc p̄petuo declaramus edicto. Rursumq; imposterum pertinaciter affirmare, quod redemptori nostro eiusque aplos his que ipsos habuisse sacra scripture testaf: nequaqz ius ipsiis videnti seu ptinendi cōpetit: nec illa vendēdi seu donandi ius habuerint: aut ex ipsis alia acquirēdi: que tñ ipsos de premissis secisse scripture sacra qz dicere mentiri nefas est. xxij. q. v. quid ergo. ix. dist. ego. c. si ad sacras. cu. c. seq. xv. q. j. sunt quidā: testatur seu ipsos potuisse facere supponit expreſſe: quum talis assertio ipsoꝝ vsum et gesta evident includat in p̄missis non iusta. Qd vtqz de gestis vnu sen factis redēptoris nostri dei filii sentire nefas est scripture sacre p̄trariuz, et doctrine catholice inimicū: assertio nem ipsum. extra de sum. trini. et fide ca. s. porro. ibi. ptinaciter. in Clemen. et de vsur. ex grani. s. fi. ptinaciter. in Clem. legit et no. xxij. q. iij. dist. aplo. abi. ptinaci aiositate. et glos. s. fi. ibi. pertinacē de fratribus eoz dem cōfilio deinceps erroneā fore censendā merito ac hereticam iudicamus. hucusq; verba constitutio nis dñi Pape Ioan. xxij. Vide ergo saluo iudicio Romane ecclesie sacrosante, quod verba dictæ p̄sūtūnis contradicant determinationi ecclesie posite ex de verbo. signi. exiit qui seminat. in s. porro. nec alijs ibi p̄tentis, nec a sententiā reuerendoꝝ patrum et doctorum in sacre pagina famosoꝝ fratribus bonauenture in sua apologia et Joan. de pechanoꝝ in libro de p̄fectione euāgelica traditis discrepet. Nec a determinatiōnibus capituli ḡnalis ordinis fratribus minorioribus celebrati. Nam h̄c aliquid quantū ad p̄sentez materiam ptine: accipit tripliciter. Uno modo quantū ad vsum facti simplicē et tñ iustuz. et hoc modo serui et religiosi qui serui dicunt. liij. di. multos: et qui pro mortuis reputant. C. de epis. et cleri. deo nobis. s. j. in fi. i. tex. et in glo. et xvij. q. i. placuit. vbi de hoc. et c. sunt nonnulli. in prin. uno modo dicunt h̄c q̄ntuz ad vsum facti. s. de pecu. l. nec seruus. et l. id vestimentū. et no. xij. q. j. non dicatis. in glos. nungd. et c. dilectissimis in glos. ergo aliquis. et sic accipitur uno modo h̄c. s. de

signi. habere. legit et no. xxij. q. viij. qd autem ibi. non solū que habebant et c. et in glos. non intelligas. Et hoc modo h̄c accipitur in regula beati Francisci ab ecclia approbata. in. c. siqu. ibi. habeat vna tunicam cū capitulo: et aliā sine capitulo quod voluerint h̄c. et in. c. clerici. ibi. ex quo h̄c e poterunt breviaria. et in. c. fratres nihil. ibi. habere velitis: Et isto mō habendi religiosi dicunt h̄c: qui tñ quantū ad propriū nihil habent: vt. xij. q. j. non dicatis. in. prin. et xvij. q. ij. ab bates. ibi. aut peculiare aliquid habere. et liij. dist. abbati. ibi. qui enim nihil propriū habet. et c. de episco. et cleri. aut. ingressi. et xij. q. vlt. qz ingredientibus. et extra de of. or. quāto. et xij. q. j. nolo. ibi. Nulli licet in societate nostra habere aliquid ppziuz. extra de regu. ex parte. de ouer. s. i. dudum. s. vetum. et de sta. mona. c. ij. et c. sup. eo. et c. cum ad monasteriu. s. fi. vbi de hoc. et no. de cu. dist. i. iubemus. Apocal. vlti. in. j. glos. in. fi. et q. cleri. vel vo. c. vlt. in. glos. ergo. Et de hoc modo habēti simplici logit pre. decre. exiit. et decre. Clemen. exiit de paradiſo. posita in tit. de signi. In qbus dicitur quod fratres minores s̄m regulā beati Francisci habere possunt vna tunicam. cum capitulo et aliā sine capitulo. Et tñ in eiusdem dñi quod fratres nihil sibi appropriet: vel appropriare sibi nihil possunt vel in coi etiā: qz hoc expresse in regula continet in. c. fratres nihil sibi appropriet. per qz liquido apparet. qz habere sibi sumis quantū ad simpli cem facti vsum. Et s̄m hunc modū chris. et apostoli habuerunt in cōmuni et in speciali et iuste et etiā aliqui loculos. Quoꝝ aplo. locum et vitā tenent monachi quantū ad abdicationem p̄prietatis et dominii oīum reruz in speciali: vt no. xvij. q. j. ex antho ritate. q. j. vidētes. in glos. Ep̄i et fratres quātum ad abdicationē p̄prietatis et dñi oīum reruz in speciali. qz in cōmuni iut habet i dicta decre. exiit. s. porro. Alio modo accipit habere quantū ad ius ad ministratiōnis et dispensatiōnis. Et hoc modo prelati siue episcopi qz in locum aplo. succeditur quo ad prelationem et dispensationem rez ecclie. vt pre. c. videntes. in. texu et in. glos. et xvij. dist. quoꝝ vices. et xxij. di. in. nouo. dicuntur h̄c et habētius administrationis et dispelationis advtendū rebus eccliasitatis. non qz res ecclesie dicant eoz esse quantum ad dñiuz et p̄prietatē sed solū quantuz ad procuratiōnem et dispensationem et administrationē. thoc probatur. xij. q. j. c. vltimo. in. texu et in. glos. xxij. q. viij. qd autem. et xxij. q. viij. conuenior. et extra de dona. c. i. legit et no. cum si. et xij. q. j. eps ecclesiasticaz. x. q. j. eps. Et ex hoc iure cōpetit eis vendere et donare in casib⁹ in iure concessis. xij. q. j. siue exceptione. x. q. j. hoc ius. extra de re ecclie. non alie. vt. s. extra de his que si. a prela. cum in aplica sede. et legit et no. de dona ceterū. cu. fi. Tertio modo sumis habere quantum ad dñiuz qd est de iure diuino: de quo iure diuino. no. dist. i. ius naturale. i. glos. et dist. viij. quo iure in glos. ex hoc. Et hoc modo res deo siue ecclie dona et esse in dñio christi et corporis eius qd est ecclasia. xij. q. j. qui christi. et c. nulli liceat. et c. p̄dia. et c. q. absulerit. et c. iij. pontifices. et c. q. j. res ecclie. et c. vidētes. et c. expediat. vbi de hoc no. et plene per Innoc. et Ostie. extra de causa. pos. cu. sup. et de hoc dñio legitur. xvij. q. iij. inter memoratos. vbi dicit. ecclie cuius est ius retentionis sic eternū dñium. et habet

Leuit.

Zem. vlti. cieca si. de hoc dñio qd spectat ad ch̄uz et ad corpus eius qd est ecclia fideliū. xxij. q.v. de liguribus. dicitur. i. ad Cor. iiij. Dia vestra sunt vos autē christi. xxij. q.vij. c.j. circa prin. t.c. qd autē. circa si. Et ne hoc modo habendi expresse Aug. super Joā. loquēs de donatistis dicit: Ut eniant ad catholi cam eccliam: et nobiscū habeant non solum terram: sed et eum qui fecit celuz et teream. In hmoi autem cōmunitate viuentes: et iter paupertatis altissime ar ripientes: et pfectiōnis euāgelicenon qrunt in reb⁹ quas habent nisi vsum. xij. q.j. clericus. t.c. ep̄s. viii. Phil. vlti. Thessalonicā milhi misit in vsum. glo. ibi qest Aug. dicit: P̄reter vsum in rebus nihil que rendum est. t. j. ad Timoth. vij. habētes alimēta et. ideo dicit ibi signāter q̄bus tegamur. vt ostēderet se nō qrere nisi vsum. et q̄ vsum alimētoz et tegumētoz inter hoīes distinctus est: et habetur in speciali: ideo sepe scriptura diuina vtitur his noībus sc̄z meū tuū: iuxta illud ps. xxij. Martini sunt vestimenta mea sibi: et sup vestē meaz miserunt sortē. Jo. xix. iuxta quod dictum est. i. Timot. vi. habentes alimēta et. et ha bebat christus loculos. xij. q.j. Timoth. vij. habētes alimēta et. et habebat ch̄us loculos. xij. q.j. habebat. Et q̄ hec intelligant quantum ad vsum: p̄c per Augustinum in verbis illis apli. j. ad Corin. iiiij. in si. Omnia vestra sunt. t. xxij. q. qd autē. in si. dicentez. Dia vestra sunt: sc̄z supiora equalia et inferiora. Su periora vestra sunt ad perfruendūt deus trinitas. Equalia ad coniuendū: vt angeli qui et nostri sunt modo: quia ad vsum nobis sunt sicut dñi dicunt esse famuloz: non dñi: sed ad vsum eorum. Inferiora ad vtendum. hec Aug. et ponit ipsa authoritas Augu. in li. questionū euangelij: et recitatur in glos. ad Ro. viij. et sc̄o sententiārū ibi: omnia. n. et. Ex isto etiā iure diuino viris iter pfectiōnis arripientibus pro hibetur dicere: hoc meuz: hoc tuū propriū. xij. q.j. in pri. dist. viij. S. l. t.c. xij. q.j. dilectissimis. et de hoc statu pfectiōnis P̄ter⁹ in persona omnīi apostolorū dixit Matth. xij. Mar. xij. Luc. xvij. Ecce nos reliqui mus oia. Et ch̄ius ostendēs ex hoc eos in regno ce locuz ecclēglia promereri: dicit ibi. Vos qui secuti estis me. quum se. si. hoīs et. Ex hoc etiā iure prohibetur viris iter pfectiōnis arripientibus in iudicio contendere: dicente Christo. Siquis voluerit tunicam tuam tollere: et in iudicio tecum contenserit: dimite ei et pallium: ut habetur. Matth. v. t. xij. q.j. in pri. t.c. t. xxij. q. iij. S. l. Ex hoc etiā iure diuino apostolis et eorum vitam professis compētēt et cōpetit tpe necessitatē emere et vendere. vñ dicitur Joan. iij. Discipuli eius iuerunt in ciuitate et cibos emerent. Quia autē hoc fecerint: tempore scilicet quiz eis aliter p auxiliū humanū non fuisset prouisum: de virtualibus patet in eodem euangeliō Joan. q. samaritanū non cōtebantur iudeis. et Lu. ce. ip. dicitur. Intrauerunt ciuitatē samaritanozum ut pararent illi: et non receperunt illū. vnde glos. Be de ibi. Non. n. coutur iudei samaritanis: vt Joan. ostendit. Ex quo patet q̄ samaritanī erant in hospitales indecis. vnde aplis per humanū auxiliz non fuisset prouisum: nisi emissent. Quarto modo dicit quis h̄e dominū et proprietatē de iure sc̄z positiuo: de iure scilicet imperator: qd per iniquitatem extit introductū: sc̄z vt homines dicant: hoc meuz: hoc tuū propriū. et in iudicio cōtendant: vt dicit in pre. c. quo iure. t.c. dilectissimis: et de hoc mō habendi iure proprietatis et dominij loquitur lex. si. de

v. signi. l. habere duobus modis dī. t. si. de. v. obli. l. stipulatio ista. s. habere. t. no. xxij. q. vii. qd antē. in glos. non intelligas. Et ex hoc iure habendi datur et cōpetit in iudicio actio et acceptio. si. de. acqui. re. do. l. rem in bonis: et inde litigia proueniūt: et huiusmodi dominiū et proprietatē abdicare sicut vna persona privata potest: et ad perfectionem p̄tinet; sic et vnuū collegium singulare hoīum qd obtinet uicem singularis personae. si. de. fidei. l. mortuo. p̄t a suo toto collegio abdicare: et ad culmen pfectiōnis pertinet. Et de tali abdicatione in speciali et in cōmuni: sit meritaria et sancta: et etiā a ch̄io apostolis tradita. loquitur de cōtra. pre. exiit. s. porro. et alie constitutiones a Romanis p̄tificibus super regulā et statutū fratrū minorū edite: dominio aut iure et cōmunitati emanatis: a iure diuino: p̄ qd est veritas in colubā. xxij. q.j. loquitur. j. in vniuersali ecclia nō est salubrie nec licitum renuntiare. Ex quibus patet q̄ error est dice re simpliciter et absolute siue indefinite: q̄ christus et apli non habuerunt aliqua in speciali nec etiā cōmuni: et sic oīē modum habendi excludere: et per consequens includere: q̄ ipsi non habuerunt res aliquas quantū ad vsum facti nec in speciali nec in cōmuni. Et q̄ in quantū prelati ecclie militantis: et ad ministratores siue dispensatores: non habuerunt usūtendit et administrandi in rebus oblatis sine concessis eis: et vendendi et donandi eas: prout sacri canones dicunt: quum hoc cōtradicat sacre scripture et sacris canonib⁹ et dicte decre. exiit. dicēti q̄ christus loculos habuit: et cōsequenter in dicta constitutione: Cum inter nonnullos: dicit sc̄z q̄ hoc p̄tinaciter affirmare hereticū sit cōsensili. Scere autē eū dicta determinatione ecclie posita in decre. exiit. s. porro. sc̄z q̄ abdicatione proprietatis oīē rerum tam in speciali q̄ in cōmuni pp̄ deuz sit meritaria et sancta: q̄ et christus viam pfectiōnis ostendens. verbo docuit et exēplo firmavit: q̄ quia apostoli inquantū fuerūt professores paupertatis excelle, et de qua dicit. Mat. xij. Ecce nos reliquimus oia et. in volentes pfecte vinere p doctrine ac vite ipsoz alueos derinarūt. Et q̄ et christus inter dū loculos habuit cōdescendēt infirmis: ac per consequens q̄ christus ei eius. apli viā pfectiōnis ostēdentes: nor. habuerunt proprietates rerum et dominiū in speciali: vel ipsoz aplorū priuato collegio appropiatum, qd est ex iure imperatoroz: et implicat ad litigandum: et per iniquitatez introductū: vt dictū est: nō est hereticū nec erroreū. nec hoc dicere videtur dicta constitutio. Cum inter nonnullos. cum dicta decre. Exiit nullaz prorsus faciat mentionē: nec eam tollit: nec ei in aliquo derogat: re videtur: immo quū idem sc̄tissimus p̄t et dñs dñs Joā. Papa. xxij. pronuntiauerit de edictio et assensu dñorum Cardinalium decre. Exiit salubriter editā solidam claram et lucidaz multaq̄z maturitate digestam: prout in sua constitutione q̄ incipit: Quorundā: expresse continet: ac etiā viēnē conciliū in constitutione ille. Exiui de paradiso. posita in titulo de. v. signi. ipsam determinationē factā in illa. Exiit q̄ feminat. p̄tradicorio iudicio approbauerit in hac parte: nullo modo dicendū: nec credendum nec q̄ p verba aliqua generalia posita in dicta constitutione ultima. Cum inter. noluerit subuertere p̄ siros predecessores et seipsum cū multa maturitate definita. ex de elec. ecclesia nra. h. sed promptū debet esse iura iuribus concordare. C. de inof. testa. si qn̄ de elec. cum expectat. li. vj. constitutio. n. sequens bīm precedentē

est intelligenda extra de os. dele. sup questione: in p̄n. nec constitutioni precedenti per subsequentē derogat nisi inquantū invenitur expressum. C. de ecclī:pua. l.vltimo. ss. de adimē. l.alumne. q. qui filias in auten. de adminis. offi. in sa. appel. ad fi. Et qd non mutat quare stare prohibetur. C. de testa. l.sancimus. 2. C. de ap. l.p̄cipimus. vide qd legitur et no. extra de con stitu. licet. li. vii. in glos. p̄tra. Preterea post publica tionē dictē p̄stitutionis. Quz iter nōnullos. Idē dñs Papa Iōā. de cōsilio sacri collegij dñorum Cardinaliū in cōdēnatione quā fecit iuxta supplicationē sibi factaz p parte ordinis fratru minor. de postilla q̄j frater Petrus Ioannis sup Apocal. scripsit. ha buit consilium magistroz in sacra pagina: qbus ex aminationē cōmisit apostille: inter quos magistros fuerunt fratres Grego. de landinio archieps vienn. et Petrus de palude ordinis p̄dicatoz et multi alii magistri ordinū et statuum: in q̄ cōcilio p ipsos ma gistros scripto sub eoz sigillis in forma publica in strumenti p̄fato dño pape tradito de articulo. quem dictus petrus Joan. scripsit in dicta apostilla. Quz articuli tenor de verbo ad verbū talis est: cōtinetur. Ex quo p Romane ecclie authonticā testificationē constat regula minor. per beatum Franciscū editaz esse vere et p̄prie illam euangelicā: q̄j Christus in se ipso seruauit: et aplis imposuit et in euāgelij conscri bi fecit. Et nihilominus cōstet hoc p irrefragabilia testimonia libroz euangelioz: et ceterarum scriptu rarum sanctarū. et p sanctos expositores earum: put alibi est superabunde monstratum: dicti magistri in sacra pagina de hoc articulo suū dant iudiciū in hec verba. Si dictus Petrus ioā. hec verba accepit sūm intellectum et declarationē decere. Exiit. veruz dicit. Si autē intelligit sicut ipse alibi declarat: et sui sequa ces asserunt: q̄ regula bti Frācisci sit vere et proprie idem et ipsum euangeliū qd christi: et econuerso: et q̄ dñs papa nō habet potestatez sup eam sicut nec sup euangeliū uel quiequid est in regula bti Frācisci totum christus ad literā seruauerit. et aplis imposue rit obseruandū: hoc totū simpliciter reputamus hereticum ridiculū et infanū. nec istud probat p aliquo testimoniū qd iudicat. Hec verba dicti conciliū sine iudiciū magistroz: p̄fatus dñs papa Iōā. recepit. Ex qbus patere potest cui libet intelligenti. q̄ ipse dñs papa p predictā constitutionē: cum inter nōnullos non intelligit dictā determinationē in sepe dicta de creta. Exiit. positā in hac parte aliquaf tollere vel limitare. Idez etiā dñs papa Iōā. qn̄ in consistorio legebat dicta constitutio: Quz inter nōnullos: ad dictum cuiudā Card. dicentes eidem dño pape: q̄ in ipsa constitutione exprimeret hereticū fore p̄tinacis affirmare christū et aplos non habuisse p̄rietatem et dñū rerū in speciali nec etiā in cōmuni. Rñdit non faciamus. Preterea nouissime p̄fatus dñs pa pa venerabilem doctorem fratre Thomaz de aquino catalogo sc̄torium adscriptis: q̄ doctor in libello quez edidit contra dānanteū statum non habentium in cōmuni possessiones et dominia rez: sed p meindicatatem victū sibi q̄rentium: qui libellus incipit: Ecce inimici tui sonuerunt. v. c. expresse determinat atq; p̄bat p authoritates euangelij et sc̄torum doctoroz ecclie: q̄ possessiones et dñia tam in speciali quā in cōi: et diuitias relinquere: est quidā grad⁹ altior con tentus sub p̄fectione euangelica. Et in responsionib; q̄s facit ad argumenta in opposituz dicit sic de verbo ad verbum. Ad. xvij. ca. dicendū est: q̄ ecclia:

qa multos infirmos sustinet: qui nō de facili sine tē poralium possessionum solatio ecclasticam vitā du cere sustineret. expedit facultates cōunes in ecclia possidere: dimissis p̄prijs: et p̄cipue propter pauperes sustentandos: non tñ propter hoc sequit: q̄ nō sit ex pediens a p̄dictis viris qui p̄pria dimiserunt: vitaz religiosam agere sine cōmunitib; possessionib;. Et q̄uis p̄fectio euangelica et aplica non annuletur in illis q̄ possessiones cōes habent: n̄ expressus seruat in illis q̄ propriū dimissis etiā communib; carent. hec ibi. Et ad illud qd obiicitur p aduersarios paupertatis in speciali et in cōmuni: q̄ christus loculos habuit. in eodē libello respondet in hec verba. Ad ilud autē qd. viii. dicitur dicendū: q̄ q̄uis non sit pre ceptū: q̄ nihil pecunie ad usus necessarios reseruet a sanctis: est tñ cōsiliū. nec dñs habuit loculos quasi alias ei p̄uidere nō potuſet: sed vt in se gerēs infirmorum psonam: vt sibi licitū crederent qd a christo obseruari viderent. hec ibi. q̄ probat p authoritates sc̄torum doctoroz ecclie. Et. j. in eodē libello dicit sic: et in eodem. c. Ad. xij. dicendū est: q̄ sicut sup̄a dictū est: dñs pecunia seruari fecit in loculis in necessarios usus: vt infirmis p̄descenderet: et ideo noi est repu tandum p superstitione si aliqui perfecti viri nolūt pecunias reseruare. Et q̄uis christus pecuniam re seruari fecerit: nec eam habuerit ex aliquibus possessio nibus: sed magis ei a fidelibus p modū eleemosyne ministrabātur: hec ibi. Et. j. in. e. c. dicit sic. Ad. xij. dicendum est: qd q̄uis sancti patres modū illuz ha bendi possessiones in cōi approbauerunt: non tamē hunc modum abdicationis in cōmuni reproba uerunt: et ideo non est p̄sumptuosum hunc modum sequit. als nihil de nouo posset institui qd nō fuerit antiquitus obseruatum: nihilq̄ in in iste modus viuendi a multis sanctis patribus fuit antiquitus obseruatus: et etiā in ecclia primitiva. hec dicitus do ctor. Si autem huiusmodi doctrina dicti doctoris fuisset contra fidēz euangelij: aut scripture divine ad uerfa. ac p̄lequens erronea et heretica: non est ver simile nec credendū: qd presatus sanctissimus papa Joan. ipsuz sc̄toroz catalogo adscriptisset. Mechis obislit qd p̄fatus venerabilis doctor in sua summa secunda secunde dicit qd h̄c aliqd in cōmuni nō diminuit de p̄fectione religionis: inducens ad. hoc. xij. q. j. expedit. quia sicut colligi potest p rationes. p eum ad hoc probandum adductas: intelligit qd ha bere in cōmuni non diminuit aliqd de illa p̄fectione q̄ essentialiter est annera religioni: q̄ in abdicatione proprietatis et dominii oīum rerum in speciali siue in singulari p̄sistit: de qua loquunt ext̄a de statu mona cum ad monasterium. in h. et dictum. c. expedit: quā sancti Hilarius. Aug. Benedictus. et plures alii ha bentes in cōmuni possessiones et rerum dominia ad sufficiētē professi sunt: non autē intelligit: qd nō diminuat aliqd de illa p̄fectione q̄ est supererogatio nis et culminis aplici: p̄ quaz abdicans possessiones in p̄prio et in cōi: et status mendicatatis eligitur. alioquin si de tali intellexisset (qd absit) incurrisset sente tiam q̄ felicis recordationis dñs Alexander. in. j. de consilio dñoz Card. protulit in oēs asserentes hu iusmodi abdicationē p̄prietatis et dñi oīum rerum tam in speciali q̄ in cōi non esse de p̄fectione euāg elica: et in eterna retributione p̄cellentem gloriā non mereri: prout in dubiis constitutionibus p̄ ipsum pontificē super hoc editis: quaz vna incipit: Roma nus pontifex: et alia: Non sine multa cordis amari

iudine.

tudine plenius continet. Et si uisset contrarius sibi et ordini suo et precedenti determinationi sue quaz in predicto libello conscripsit: quod de tanto doctore credendum non est. Nec obs. quod dicitur quod licet dictus doctor in dicto opusculo, Ecce inimici, dixerit quod non habere possessiones in communione et per men dicitatem uictus querere, continetur sub perfectio ne euangelica: nam dixit: nec intellectus, quod prorsus abdicare proprietatem et dominium omnium rerum in speciali et in communione, continetur sub perfectione euangelica: quum habere dominium et proprietates aliquarum rerum necessiarum in communione ad vitas non inducant ut dicunt solitudinem charitatis impeditiu[m]. Et vere non obs. Nam o[ne]s rones et authoritates quas inducit ad probandum statu[m] mendicitaris esse licitum et sub perfectione euangelica contineri: ita arguit statum abdicantem proprietatem et dominium rerum omnium in speciali et in eis, contineri sub perfectione euangelica et eminentius, sicut statum illorum qui in aliquibus modicis dicunt se in eis proprietate et dominium retinere, et sufficientias possessionum in eis unde vivere possint absque mendicitate: a se ex eorum statu asserunt abdicare, maxime quam habere in aliquibus rebus proprietatem et dominium introductum de iure gentium vel ciuii non fit ad vitam humanam necessarium. Nihil est. n. ad vitam humanam necessarium conseruandam nisi vius rerum. Et ideo preter vium nihil in rebus querendum est: ut superius est probatum. Si. n. dominum et proprietates domorum et librorum et vestimentorum et pecuniarum: ex quibus homini necessaria acquiruntur: foret necessarium ad vitam humanam conseruandam: sicut nullus in speciali potest licite renuntiare is sine quibus non conseruatur esse naturae: nec in speciali, nec in eis posset renuntiare domino et proprietati talium rerum necessariarum. Retinere etiam in eis dominia et proprietates in rebus, ita videtur inducere solitudinem suo modo, et animum ad auaritiam implicare: sicut retentio domini et proprietatis in singularibus inducit. Sicut enim ex eo quod quis dicit, hoc meum propriu[m], hoc tuu[m] propriu[m], inducitur litigium inter seculares personas aucta ex eo quod unum collegium quod vice obtinet singularis persone: ut dictum est: hoc meum dicit, hoc tuu[m] insurgunt litigia et contentiones inter collegia et cōstitutes: que a charitate plurimum distrahunt sicut experientia manifestat. Preterea ecclesia universalis frequenter determinauit quod abdicatio proprietatis et dominium rerum tam in speciali quam in eis: quam fratres minores proficitur: sub perfectione euangelica arctius etiam continetur: et damnat contrariantes asserentes: ut in preallegata constitutio ne domini Alexan. iiiij. Non sine multa cordis amaritudine. continetur: quā dictus doctor non potuit ignorare: et ideo nullatenus est dicendum, quod contra cōstitutionem definitionem et determinationem ecclesie dicere voluerit, quod abdicare proprietates et dominium rerum omnium tam in speciali quam in eis, non continetur sub perfectione euangelica: et per cōsequens a determinatione ecclesie deuiare. et seipsum propria voce dānare: et sibi cōtrarius esse: et per cōsequens minime audiendus. C. de muneribus. l. professio. li. x. lxxij. di. gesta. xxij. q. viij. quod aut. et extra de ap. solitudine. Sed et si cōtra ecclesiam diceret stabitur determinatio[ni] ecclesie et non sibi et si maior Augustino finisset. xx. dist. c. j. Et predicta semper intelligant salvo iudicio meliori et sub correctione domini pape, et sedis eius.

Quod non est hereticus asserere quod christus et apostoli non habuerunt aliqui in speciali vel in communione per modum domini vel proprietatis. Cap. 60.



X premisis patet aliqualiter, quid tenendum sit in questione que mota fuit tempore domini patre Jo. xxij. vtrum asserere quod christus et apostoli non habuerunt aliquid in eis sit hereticum. In qua insuper questione primo explicatus est titulus et intell[er]is quoniam.

An assere reg[is] christi et apostoli non habuerunt aliquid in communione sit hereticum.

Nā non queritur de christo inquantu[m] deus: quod hoc modo, domini est terra et plenitudo eius: ut in ps. dicit. xxij. et lxxvij. et extra de deci. tua nobis. q. verum, et dist. viii. quo iure. scilicet. loquitur Joā. j. Joannes euangelista prout exponit papa Leo in sermone de circuncisione domini. In propria inquit venit, et sui eius non receperūt, et in ps. xliv. Si esuriero non dicā tibi me est. n. orbis terre et plenitudo ei. Nec etiam inteligitur ista questione de tpe, put chris fuit in etate puerili seu juvenili. Nec de apostolis ante quod essent eis christo, et a christo vocati et ad predicandum missi: nā ante nondū erant apostoli. Apols. ii. interpretat missus: ut dicit Maximus in sermone de apostolis. et facit. xxij. di. in nouo. Sed intelligitur de christo pro illo et ab illo tempore, quo ipse incipit publice predicare, et ad contemptum mundi et penitentiā hoies invitare. Et apostoli qui fuerunt propria et principalia membra corporis mystici catholice ecclesie christi, ad statu[m] perfectionis vocare. sic habetur Matth. iiiij. quod vocavit petrum et andream fratrem eius, Jacobum et Ioannem fratrem eius: quibus et dicit: Venite post me faciat vos fieri pescatores hominum, et de apostolis pro illo tpe, quo christus eos constituit apostoli illos ad predicanū mittens: ac eis formam perfectionis dāns, dicens Matth. x. Nolite possidere aurum et c. Luce. x. Nolite portare sacculum neque peram, et Luce. ix. Nihil tuleritis in via, et Mar. vi. Precepit eis ne quid tollerent in via. Nec etiam potest intelligi questione de apostolis prout fuerunt prelati ecclesie militantis constituti, et cura animarum eis commissa: quod homini platio et cura non fuit eis commissa et tradita ante mortem christi: sed post mortem et resurrectionem christi: ut habetur ex p[ro]p[ter]e et no. l. di. considerandum. et extra de elec. significasti. et no. xxij. dist. in nouo. Sed intelligitur de apostolis pro tpe in quo fuerunt eis christo: et ab eo missi: et eis (ut dictum est) imposita forma perfectionis ad huius seculi cupiditatē et auaritiae extirpandam. Et ideo signanter in titulo questionis copulatiue sive coniunctum dicit. Querit vtrum asserere quod christus et apostoli etc. Nurus ad intellectu[m] dicte quoniam attendendum est quod habere aliquid quantum ad presentem materiam pertinet: potest intelligi dupl[ic]e. Uno modo iure domini vel quasi: seu proprietatis: ut dictum est in. s. proxime p[ro]p[ter]e. Scđo dicitur quis habere quantu[m] ad simplicem facti usus, nihil sibi proprietatis vendicās: nec habes in hoc et hoc modo dicit habere seruus et religiosus vespes et res quibus vivit, et tunc habere demonstrat potius factum quam ius. ff. de pecu. nec seruus. quod quantum ad ius civile attinet: seruus per nullo habet. ff. de reg. iur. l. quod attinet. Et idem de religiosis: qui quantum ad ius civile pertinet et ad mundum, per mortuis habetur: ut. s. dixi in. s. proxime p[ro]p[ter]e. vel dispensatione: sicut aliqui his religiosus dispensator vel executor constitutus a testatore ad res alias vel bona vel pecunias

Habere aliquid.

pauperib⁹ vel alijs dispēlāndā: extra de testa tua. t.c. Joannes. t.c. si religiosus. vj. li. vñ t tales executores possunt agere contra heredes. C. de epis. t cleri. nul li. Et si nullus sit heres: tñ pōt ipse executor totā hereditatē vendicare: nec detrahē falcidiam. C. d epis. t cleri. si quis. t pre.c. tna. t.c. Joānes. Si aut ad alos. vñs testator vellet expendi: sic nulluz cōmodū ad executorē p̄tinere dīz: puta: q̄i minister tm̄ oſtitui tur: tunc nō poterit agere. ff. ad trebel. Lucius. S. me uia. Si vero aliqd cōmodis putā falcidiā: ad eū voluit pertinere: tunc aget. ff. de le. ii. titulo. x. bñ Inno cen. qui sic no. in pre.c. Joānes. Uel quiz quis hz res sibi per aliquē cōmodatas seu depositas seu cōmodatas: t tunc in his non hz nec dñiū: nec proprietatem: nec etiā proprie possessionem iuris: quia rei cōmodate t deposita possessionez t dominiu retinemus. ff. cōmodata: rei cōmodate. ff. depositi. licet: t no. extra de cōmoda. c. vñco. in glo. t deposito. c. in glo. i. in fi. t de sequestra. posses. t frue. c. glo. in hac ipsum. Sed aliqui quiz possidere accipit larg modo. pro detentione facti: t hoc modo dñr pres lati t depositari possidere seu hz. prout hz sumitur largo modo pro detinere: vt. s. notatum est. S. proxime pre. Constat aut ex p̄allegatis. q̄i questio presene non pōt intelligi de ultimis duobus modis habendi. Tū q̄i etiā detinere res de facto: vel vñ rebus simplicis facti vñs: aut administrare res dispensare vel per modū depositi seu custodie tenere: possit cōpere pluribus t singularibus: non pōt tñ competere collegio sine vniuersitati. Hā quāuis in his q̄ sunt iuris seu que spectant ad ius: hereditas collegium: t vniuersitatem p̄sonam obtineant. ff. de fideiuss. l. mortuo. t institu. de stipul. seruo. in prin. In his tñ que facti sunt seu in quibus facti persone requiri: siue vbi sine certa persona quid fieri nō pōt: non ob tinet collegiū vicem p̄sonae. ff. de acqui. re. do. l. hereditas. Tū q̄i questio p̄posita nō querit absolute vñtrū assere q̄i chis t apli nō habuerūt aliquid sit hereticus sed cū determinatione. s. in coi. Hz aūt ali quid p̄prie in coi. intelligit prout distinguunt ab hz ius in spāli. vñs aut facti rerū vñibiliū: et si sit cois: vt. x. q. i. c. ii. non pōt tñ proprie dici. q̄i habeatur ab aliquibus in coi. Fatuū etiā magis q̄i hereticus fo ret assere: q̄i apli non habuissent vñs rerū necessariū ad vitam humānā: quū vt dicit sepe dicta de creta. exiū qui seminat. in. S. porro. nulla prorsus pos sit esse professio que a se vñsum necessary sustentatio nis excludat. Et ideo verba p̄dicta questionis. quiū dī q̄i chis t apli non habuerunt aliquid in coi. acci pienda sunt bñ illū sensu: q̄i questioni de qua agit aptior est. ff. de reg. iur. l. quotiens. idē sermo: t prout sumit in prima significacione que est cū effectu haberi in coi quoad p̄prietatē siue dñiū vel ius agen di seu excipiendi: vt. l. p̄ce. stipulatio ista. S. hz. t de verb. signi. l. hz. t l. bono. S. in bonis: t de acqui. re. do. l. rē in bonis: t sic qui actionē hz. rem hz vide tur. ff. de reg. iur. qui actionē. Sic t cui non cōpetit actio: nec exceptio p̄ re petenda vel defendenda: nō dicit proprie t perfecte bñ iura ciuilia rem habere. Preterea quum de facto dñi pape Joan. s. ex suspen sione sententia excommunicationis prolate in dicta decre. exiū. contente: t ex his que dicta sunt in consistorio: de intentione ipsius dñi pape Joan. qui dicta proposuit questionē. p̄teat videlicet q̄i intentionis eius est t fuit querere: vñrum assere q̄i christus. t apostoli non habuerunt aliquid in communi p̄ mo

dum dominij t proprietatis sine iure sit hereticus. Et intentio proponentis sit spectanda. ff. de verb. si gni. ne posse x̄ de preben. c. h. t ex de verb. sig. intelli gentia: sequit q̄ sub hmo intellexit verba dicte qōnis sunt accipienda. His premisis circa dicte questionis evidētiaz ad ipsaz questionē eūz correctio ne ecclesie Romane t capitiz eius domini pape tc.

Respondeo q̄ non est hereticum assere. q̄i chris t apli non habuerunt aliquid in speciali vel in communi per modum domini, vel proprietatis: vt superius declarauit: quod euidenter probatur rationibus t iuribus. j. scriptis. Prima ratio est certus q̄i assere de vita christi t doctrina quod sancta Romana catholica t aplica assere definit t sentit ecclesia: non est hereticus: sed catholicum t fidele hoc p̄bas. xxvij. q. i. hec est fides. c. aliena. c. ois qui rece dit. t. c. qm̄ vetus. t. xx. dist. de libellis. ad fi. ix. dist. nulli fas est. c. ita dñs. xj. di. nolite. lxxxi. di. si qui sunt in fi. extra de hereticis. ad. ab. olendām. textu. t in glo. ord. t Ostien. in apparatu extra de hereticis. c. firmis simē: t in summa. e. ti. plene no. t extra de sum. tri. c. t. c. h. cum si. Et hoc ideo: q̄i ecclesia Romana a tra mite traditionis aplice veritatis nunq̄ erravit nec errare potest. xxvij. q. j. a recta. t. c. pupenda. in fi. e. c. hoc est. Hāz christus in euangelio Luc. xxij. dixit Petrus in persona ecclesie: Ego autē rogau. p te vt non deficit fides tua. xxj. di. S. j. di. iij. si. n. ultra duas col. versi. t ipse dñs cuius orationem p̄stat esse exau ditam. ad Heb. v. t Joan. xj. Et qui aliter scripturā sacrā intelligit: q̄i docet Romana ecclesia que a spiritu sancto regit: t nemo ex eam sp̄sanctum recipit. xxvij. q. j. audiūmus: hereticus appellari potest: et si in ecclesia sit corpore. xxvij. q. iij. heresis immo in his maioris autoritatis est determinatio ecclesie. q̄i cuiuslibet alterius sancti: vñ Aug. cōtra epistolaz Fortunati circa principium dicit. Ego euangelio non crederem: nisi me ad hoc authoritas ecclesie cōmoueret. Immo concessio pro impossibili: q̄i ecclesia Romana semel in fide errauerit: siue falsum dixerit sequitur q̄i in ea nulla remanet authoritas. ix. dist. si ad scripturas. Non. n. dei vñcarius destruet: sed construet: que sui predecessores sancte et consulte fecerunt: et in quibus leges ecclesiasticas ediderunt. Regnum enim ecclesie diuisum non est: q̄i ipsuz nunq̄ in veritate desolari continget. xv. q. ij. si ea magna maturitate digesta circa fidei declarationem. aut euangelij per successorez retractanda non sunt. xxv. q. ix. sententiam. ibi. Non q̄i ipsa que bene sunt definita retractare voluerit. et. xv. dist. sicut. vbi de hoc. xxv. q. j. confidimus. c. que ad perpetuaz: vbi de hoc et. c. sunt. quidam. c. conrra statuta. c. omne. et. c. prima salus. c. generaliter. c. ideo. c. iustitie. et. q. ij. c. pie. c. quod vero. c. amputato. c. ecclesiastice. xix. di. si Romanoz: in prin. c. sic omnes. c. eniuero. Item di uersitas personarum Romanorum. pontificum et cardinaliū non facit ecclesie diuersitatez: q̄i vna est ecclesia vetus et noua: q̄i rota. et succedit ecclesia synagoge. xxv. q. j. c. al. est. S. hac itaq̄: et turbe que precedebant et que sequebant clamabant osanna. Mat. xxj. Mar. xj. ergo vna sanctio vnum dogma in sensu et sententia et ratione: et si aliquādo fiat mutatio circa facta mutabilia: ad hec. xvij. di. habeo. vij. q. j. deni. q̄et in glo. c. quod. xxvij. q. j. loquitur maxime ibi. Episcopatum quoq; et ipsum vnum probemus. t. c. et. j. Episcopatus vnum est. et. c. pudenda. Nam si ea que vnu vel plures papa determinat

de fide

asserere
q̄i chis t
apli non
habuerit
aliquid in
spāli vel i
cōi p mos
dum dos
minij vel
propriet
tis. nō est
hereticus.

De fide vel fidei adiacentibus vel de declaratione euangelij: alter reuocat: i. ecclesia nutat: et dubia est circa fidem et adiacentia ad fidem: sed hoc dicere error est. xxiiij. dicitur in nomine. c. iii. q. iiij. s. Item in criminali. versi. Item in testibns. Fides. n. et que circa fidem sunt certa sunt et non dubia: extra de hereticis. duibus. et xxiiij. q. i. aperte. et c. ff. de fal. eos. et s. ff. de questione de minore. et lex libero: extra ut ecclesiasti. bene c. vniuersitate sum. trini. firmiter. nam si fidei declaratio variat: et fides variabit: et multiplex erit fides: quod est error: qd. unus deus: una fides. Ephes. iiiij. xxiiij. q. j. loquitur: extra de sen. excommunicata. c. j. in Clem. una ecclesia, unam fidem declarans. Item si ad articulū fidei pertinet: si christus et apostoli habuerunt dominium et proprietatem in rebus, an non: ergo semper fuerit articulus declaratus: qd. non potest fieri nouus articulus per papam: vide qd. no. s. in prima parte in s. ad quem autem primum. in. c. xlvi. sed iste articulus declaratus est a predecessoribus domini papae Joan. xxiiij. maxime a Nicolao. iiij. in decreto. existit: extra de verb. sign. ergo circa eum non videtur qd. alius papa possit contraarium declarare per ea que no. xxv. q. j. que ad perpetuam: in glo. ex hoc patet. Item si circa hoc esset dubium resuscitatum: et inter se discordent Romani pontifices: videtur qd. starci debeat sententia plurimorum: ad hec. xix. dicitur in canoniceis. xx. dicitur de quibus. id est. do mino lantio: in fi. vbi est expressum. lxv. dist. c. i. extra de tempo. o. nec episcopi: extra de his qui f. a. ma. par. ca. c. vltim. Ecclesia autem sacrosancta clare et aperte defnit assentit atque docet, qd. christus et apostoli non habuerunt aliquid in coi proprium nec in speciali. Et in contrarium publice et ex certa sententia docentes: seu scripturas aut libellos facientes, excommunicationis sententiam promulgavit: que hodie per dominum papam Joan. predictum est suspensa: ergo habetur propositum. Item sere omnes Romani pontifices qui fuerunt a tempore beati Francisci tam de consilio et collegio dominorum cardinalium qui illo tempore fuerunt, qd. etiam in conciliis generalibus factis postmodum: approbauerunt et confirmauerunt regulas et vitam beati Francisci que est sicut in ea continet sanctum euangelium obseruare in altissima paupertate. s. non habendo aliquid proprium in speciali nec in coi: et tanquam regulas et vitam euangelicam a christo datum: sicut patet in approbationibus et confirmationibus dictae regule et vite beati Francisci: et alijs ordinacionibus super statutum ordinis fratrum minorum factos per dominos Inno. iiij. Honor. iiij. Grego. ix. Innocen. iiiij. Alexandrum. iiiij. Clementem. iiiij. Grego. x. in in scilicet Lugdunen. Nicolaum. iiij. Clementem. v. et vltimo per papam Joa. xxiiij. Nicolai declaratio super statutum eius laudata et approbata que incipit: Quorundam, et canonizationibus factorum Francisci: Antonii et Lodoici: qui homini vita et paupertate tamquam a christo et apostolis eos doctis, et ab ecclesia (ut dictum est) tamquam multipliciter approbatam voverunt et seruauerunt, quem est statutum altissime paupertatis tamquam statutum quem ipsi immet tenuit christus et seruauit miraculose confirmavit: quoniam ipsi beatu Francisco tamquam suu spalii sectatores vulnerum stigmatibus insigniuit: prout ex pluribus constitucionibus et statutis per Romanam ecclesiam factis super predictis collegit evidenter. In quibus est districte oibz fidelibus christianis precipit et mandat, qd ipsa sacra stigmata tamquam veraciter ipsi factum Francisco a christo mirabiliter impressa et probata per ipsas Romanas ecclesias venerantur. Et si dicatur qd non sequitur per exemplum qd

ecclia Romana approbavit et confirmavit regulam et vitam huius Francisci, et ipsius et alios sanctos dicit ordinis canonizauit: qd per hoc chris non habuerit aliquid in coi et in spali. Nec qd chris docuerit homini vita et regulam. Rudef qd immo sequitur: nam quum definitio dictae regule per dictos Romanos pontifices: et scilicet genitale (ut dictum est) approbat sit talis. Vita fratrum minorum: hec est domini nostri Iesu Christi sanctum euangelium obseruare, viviendo in obedientia sine proprio et in castitate. et j. Fratres nihil sibi approprient: nec dominum, nec locum: nec aliquam rem: et in fine dicitur: sanctum euangelium quod firmiter promisimus obseruemus: sicque per dictos dominos Gregorium. ix. qui se intentione beati Francisci in condendo regulam cognovisse testat: et Innocentium. iiij. et Alexandrum. iiiij. expressissime declarat: qd homini expropriatio est: huius Franciscus promisit et voverit, permittendo euangelium: viviendo sine proprio, dicit intelligi et seruari tam in spali, quam in coi et in dicta regula homini expropriatio vocet celitudo altissime paupertatis. Et quem quis permittit altissimam paupertatem illam intelligat: permittere quod principale habet gratiam altitudinis: ita qd nulla altior valeat reperiri. ff. de verb. obli. l. vbi autem non apparet, i. r. Et christus in euangelio docuerit paupertatem ut regula et mensura non possit excedi ab aliquo, cum ipse christus seu doctrina ei sit regula quod si excederet regula euangelii sive christi: potest esse regula ipsius quam excouerito: sequitur qd si huius Franciscus vovit et permisit euangelium viviendo sine proprio in spali et in coi: quod talis fuit doctrina: et regula euangelii: et per consequens qd christus non habuit aliquid spali nec in coi proprium: quod christus docuit primo facit. Act. i. facit Mat. v. ibi Qui sic fecerit et docuerit. Preterea saltem absque dubio aliquo sequitur ex predictis confirmationibus et canonizationibus factorum et confirmationibus et declarationibus regule sancti Francisci, qd assere quod christus et apostoli non habuerunt aliquid in coi: non est hereticum: quoniam manifestissimum sit ex dictis et factis factorum dictorum et ex eorum legendis, qd ipsi sancti dictam expropriationem in spali et in coi voverunt et seruauerunt tamquam expropriationem a christo et apostolis doctam et seruatam: et qd ipsi sancti hoc assisterunt. Non autem fuissent sancti: nec ecclesia eos canonizare debuisse, si hereticum fuisset, assere quod christus et apostoli non habuerunt aliquid in coi immo si hoc esset hereticum ecclesia errasset eos canonizando quod est erroneum dicere. Secundo probat dicta propositio evidentissime per sepe dicta decreta. Niccolini. iiij. existit, per Bonifacium ei successorem coram iure clausam in titulo. de verb. signi. et per Clementem. v. approbatam in scilicet vien. in alia constitutione que incipit. Exiit de paradio: in titulo. de verb. signi. et per dominum papam Joan. xxiiij. in sua constitutione que incipit. Quorundam, ut dictum est. In predicta autem constitutione, Exiit. in s. porro dicitur sic, Porro quem regula ipsa continet: qd fratres nihil sibi approprient: nec dominum: nec locum: nec aliquem rem: sicut declaratum per eundem predecessorem nimis Gregorium. ix. et nonnullos alios hoc obseruari debere tam in speciali quam etiam in coi quam si artam expropriationem abdicationem venenosis obrectationibus aliquo insensata damnavit astutiae ne fratrum eorumdem perfectionis claritas talium imperitis sermonibus lacaretur: dicimus qd abdicatione proprietatis homini omnium rerum tamquam in speciali quam in coi propter deum meritoria est et sancta: quam et christus viam perfectionis ostendens, verbo docuit et exemplo firmavit: quamque primi fundatores

militantis ecclesie prout ab ipso fonte hauserant: in volentes: perfecte viuere: per doctrine ac vite ipsoꝝ alueos derinarunt. Ex quibus verbis constat manu feste, qꝫ christus & apostoli non habuerunt proprietatem vel dominium aliquarum rerum in speciali vel in communi. Alii in eadem decreto demonstrant: qꝫ professio huius regule & vite fuit a christo & apostolis verbo & exemplo docta & firmata, quum circa initium ipsius decreto dicitur sic: Si sunt illius sancte regule professoꝝ: & euangelico fundatur eloquio vite christi roboratur exemplo fundatorꝝ militatis ecclesie apostolorꝝ eius sermonibus actibusqꝫ firmat. hec est apud deum & patrem munda & immaculata religio. Jacobi. i. que descendens a patre luminum per eius filium exemplariter & verbaliter apostolis tradita est: & demum scilicet per spiritum sanctum beato Francisco & eum sequentibus inspirata, hoc est cui attestante Paulo, nemo debet esse. Gala. vlt. molestus: quem christus passionis sue stigmatibus confirmauit, volens institutorem ipsius passionis sue signis notabiliter insigniri. Deinde in eadem decretali respondetur tribus objectionibus principaliꝝ que aduersus dictam conclusionem & determinationem fieri ab aliquibus potuissent. Prima talis est: Posset aliquis dicere domino papervos determinando concludit qꝫ dicta abdicatio omnium rerum in speciali & in communi est interiora & sancta. Et pro ratione principali huius conclusionis adductis qꝫ christus & apostoli eius eam exemplo, & verbo docuerunt: quia non habuerunt aliquid proprii in speciali nec in communi. Et dicitis qꝫ dicta regule professio euangelico fundatur eloquio: vite christi roboratur exemplo & apostolorum: eius sermonibus actibusqꝫ firmatur. Sed huic conclusioꝝ & rationi obstat videtur, qꝫ interdum Christus dicit loculos habuisse in quibꝫ pecunia & ea que mittebantur pro victu portabantur: & de quibus cibaria emebantur. Ex quo videtur qꝫ huiusmodi abdicatio & professio non fuerit a christo & eius apostolis verbo docta: nec exemplo firmata: sed potius eius actio que debet esse. Joan. xiiij. extra de sepul. c. i. nostra imitatio: fuerit in contrarium. Ad que respondeatur dicto. S. porro: in hec verba: Nec his quisquam putet obsistere, qꝫ interdum dicitur christum loculos habuisse: nam sicut ipse Christus cuius perfecta sunt opera. Deutero. xxxiiij. in suis actibus viam perfectioꝝ exercuit, qꝫ interdum infirmorum imperfectiōnibus condescendens: & viam perfectionis extolleret: & imperfectorum infirmas semitas non dampnaret: sic infirmoz personas suscepit in loculis: sicut in nonnullis alijs infirma humane carnis adsumens: prout euangelica testatur historia: qꝫ non tantum carne sed & mente condescendit infirmis. Sic enim humanam naturam assumpsit, qꝫ in suis operibus perfectus existens in nostris factus humilis, in propriis permanit excelsus: sic & summe charitatis dignatione ad actus quosdam nostre imperfectioni conformes inducitur, qꝫ a summe perfectioꝝ rectitudine non curuatur. Egit namqꝫ christus & docuit perfectionis opera: egit etiam infirma: sicut interdum in fuga patet: & loculis: sed utrūqꝫ perfecte perfectus existens: vt perfectis & imperfectis se viam salutis ostenderet: qui utroqꝫ saluare venerat: tandem mori voluit pro utrisqꝫ. hec ibi. Ex predicta aut̄ determinatione & definitione ecclesie eliciuntur tres exclusiones. Prima qꝫ apli hmoi abdicationē

oīum rerum taz in spāli qꝫ in cōi voverunt. Qd sic probat fm definitionē dicte decreto, talē abdicationē oīuz rerum taz in spāli qꝫ in cōi opz pcedere suisse in aplis fm rōnem & pditionem potissimam ipsius ab dictionis: qualē ponimus suisse in beato Francisco: qd p̄ quiz ipsa decreto expresse dicat: qꝫ abdicationē illaz qꝫ habuit beatus Francisco. apli hauserant a chō & in alios derinarunt. Constat aut̄ qꝫ in abdicatione oīum rerū in spāli & in cōi, qꝫ fecit beatus Francisco vna p̄ditio & potior fuit votuz & pmisso illius abdicationis: qd p̄firmaꝝ: qz p̄ditio potior abdicationis tpalium non attendit fm actuū exteriōre: qui est relinqueret siue abiūcere de facto res tēporales: s̄z principaliter attendit fm actuū interiorē qui est nolle h̄e res tpales: & eis velle carere pp deū. Ex isto actu principaliter censem abdicationem meritoria: abdicare aut̄ tpalia & eis velle carere sic qꝫ in potestate sua sit licet velle & posse h̄e res tpales quum sibi placuerit: est alterius rationis, qꝫ abdicare pp votuz & pmissionez sic, qꝫ nunqꝫ eas liceat h̄e nec velle habere, qz illa que fit ex voto est maioris meriti, qꝫ illa que fit ex simplici proposito: vt supra longe probant in S. Itē qꝫ simplex facti v̄sus. versie. qd et sic probat. in. c. lvi. ergo si apli habuerunt illam abdicationem qꝫ habuit beatus Francisco: qꝫ invenit decreto, & beatus Francisco habuit eā ex voto: sequit̄ qꝫ & apli eā habuerūt ex voto: alias apli nō derivassent illam abdicationem in beatus Franciscuz seu alios volentes pfecte viuere: nec ipse būtus Francisco talē abdicationem ex voto habuisset ab apli derivataz: cui⁹ oppositū afferit decreto. Quia aut̄ apli habuerunt illaz abdicationem ex voto: probatur p Augustinum in li. de mirabilibus scripture in fine. ij. libri ybi loquens de verbo qd dixit Pet⁹. Act. iiij. Paralytico: dicit sic: In eleemosyne inquit execratione & paupertatis professione: dixit paralytico, surge & ambula: magistri preceptum seruans dicens. Adat. x. Nolite possidere aurum &c. Pota qꝫ dicit paupertatis professio. Moverant n. apli, qꝫ ea que ex voto sunt: sunt maioris meriti: qꝫ ea que sunt ex simplici proposito seu ppria voluntate. Et Aug. vii. li. de ciu. dei. c. x. loquens de aplis dicit sic Adat. xir. Adat. x. Luc. xvij. dixerunt inquit illi potentes. Ecce nos dimisimus oīa & secuti sumus te. Hoc votū potentissime voverant. Sed vnde hoc votū illisni si ab illo de quo dictum est dās votū voverent? Non n. posset quisqꝫ dno voverere: nisi ab illo acciperet qꝫ voveret: hec Aug. Itē glo. sup illud qd d̄ in ps. lxxv. voveret & reddit̄: primū ad consilium: fm ad imperium refertur. sed sacra scripture nunqꝫ dat consilium: nisi de meliori bono. xiiij. q. i. quisquis: ergo melius est bonum qd fit ex voto qꝫ sine voto: qz bonū additū bono est maius bonū qꝫ alterū tm̄: sed votum est bonum vñ p̄slitur: ergo melius & magis meritorium est facere bonū ex voto qꝫ sine voto. vñ Aug. super illud ps. clxxxi. votuz vovit deo Jacob. nihil inquā deo gratius offerre possumus qꝫ vovere qd est firme promittere. hec Aug. Et idem Augustinus in epistola ad Armentarium: qui votum fecerat continentie. Si fidem deo fregeris (quod absit) tanto miserior eris quanto beatior: si persolueris. Ex quo sequitur qꝫ peior est operatio mali que fit p̄tra votuz qꝫ illa que non fit contra votum. op. c. xij. q. i. nolo. & c. scimus. Sic & melior est operatio boni cum voto quam sine voto: quod latius per Ansel. supra longe probant in S. Item quod simplex facti v̄sus.

versi.

versi: qd etiam sic probat. in c. lvj. Hera est ergo dicta conclusio, qd apostoli dictam expropriationem oium reruz in speciali & in communi habuerunt ex voto. Et quod ex dicta decretalitate exiit, & alijs predictis auctoritatibus comprobatur. Secunda conclusio que ex definitione dictae decretalitate elicetur, est qd christus & apostoli postquam statum perfectionis & paupertatis euangelice assumpsiterunt: nusquam habuerunt proprietatem & dominium alicuius rei temporalis: nec aliquam rem tquaum dñi & proprietarii possederunt. Et qd loculos quos interdum habuisse infirmis cū descendendo dñr: habuerunt solum ut dispensatores & administratores pauperum: non ut proprietarii seu dñi, qd ex verbis dictae decretalitate multis auctoritatibus ronibue & iuribus coprobat. Ex decrete probat qd conclusio principalis & principaliter intenta in dicta definitione in dicta decrete est: qd abdicatio oium rerum tam in speciali qd in coi: qd vocuit beatus Franciscus est meritoria & sancta: qd christus & apostoli verbo doquierunt & exemplo firmarunt: & in volentes perfracte viuere, deriuarunt. Deinde ab ipsa conclusione remouet siue excludit instantiam que siebat de loculis dicens. Nec his quispiam putet oblistere: qd interdum dicitur christum loculos habuisse, exclusio autem abiectionis siue instantie solutio non infringit in aliquo principalem conclusionem: extra de translati epistoli: inter corporalia: vbi ponitur conclusio principalis, qd electus & confirmatus non potest sine Romanoz pontificum licentiam ecclesiam diligere: quia post electionem & confirmationem, canonica inter personas eligentiam & electi coniugium est spirituale contractum. Deinde opponitur instantia que ponit contra dicta conclusiones de canone, in quo legi, qd si ultra sex menses per suam negligientiam tenuerit ecclesiam viduataam: nec ibi nec alibi donum consecrationis accipiat: immo metropolitani sui cedat iudicio: & dicit qd hec obiectio siue instantia dictam conclusionem non infringit etiam qd illud quod in dicto canone dicit: ut non intelligat ecclesia viduata tanqz sponsuz non hñs: licet quoad quedam quasi viri maneat solatio destituta: vnde ipsa conclusio in sua primitate persistit. Sic & in proposito licet dicatur aliquando christum loculos habuisse: non propter hoc infringitur dicta conclusio supradicte abdicationis oium reruz in speciali & in coi: sed in sua firmitate persistit: quod confirmatur per illud quod subiicitur: quum dicitur qd sic habuit loculos: sicut aliquando fugit: infirmoz. s. imperfectionibus condescendens: & tñ semper perfecte perfectus existens, perfectis & imperfectis se viam salutis ostendit. Ad quoz verboz intelligentiam attendendum est, qd sicut in fuga infirmoz duo actus considerantur scilicet actus exterior: id est recessus a per sequentibus: & actus interior qui est timor: sic & in loculis infirmoz: siue in his que ab infirmis habentur in communi: duo actus considerantur. unus est exterior scilicet loculos portare: & res que habentur in loculis siue in communi dispensare siue correctare. Alius est actus interior, scilicet velle habere ea in dominio speciali vel cum suo speciali collegio participato: & eas iure talis dominij possidere & contrectare: sicut manifestum est christum non consideruisse infirmis in fuga quoad actum interiorē scilicet quantum ad timorem. siebat enim ut dicit euangelista Joan. vii. viii. z. x. quando fugit: qd non dum venerat hora eius. Oppositum docuit dices.

Molite timere eos qui occidunt corpus. Matt. x. Luce. xii. xi. q. iii. nolite: vnde in eodem. c. Matt. x. In verbo, fugite in aliam: ait Hierony. Hoc ad illud tempus referendum est quum apostoli ad predicationem mittebantur: quibus proprie dictum est Matt. x. In viam gentium ne abieritis: qd persecutionem timere non debeant: sed declinare: quod quidem vide mus in principio fecisse credentes qd horta Hierosolymis persecutione dispersi sunt in viuensam Iudeam: vt tribulationis occasio fieret euangelij seminarium. Item ibi Augustinus contra Faustum: Neque tamen salvator non potuit tneri discipulos suos quibus fugere precepit: & huins rei exemplum prebuit: sed instruebat hominis infirmitatem: ne deutz tentare audeat, quando habet quid faciat, vt quod cauere oportet: euadat. Et ad hoc est optimum. c. de Paulo: qui deponi si fecit in sporta per murum damasci. ij. Cor. x. qui non ex timore mortis fugit: qui paratus erat pro christo mori: sed ut alibi maiorem fructum ficeret: vt dicit Greg. in dialogo: & transferitur. vii. q. i. c. vltimo. Perit etiam Paulus milites a tribuno. Act. xxiiij. non timore mortis: nec siue voluntati: sed omnium utilitati victurus. xxiiij. q. iii. S. Item ab aliquo cum. c. seq. christus aut si timuerit, tunc imperfectus fuisset: perfecta. n. charitas foras mittit timorem. i. Jo. iiiij. z. xxiiij. q. vij. S. ex his. Pauorez autem & timorem mortis naturalem habuit, vnde incepit tecere & pauere. Matt. xiiij. vbi Theophilus. Quia. n. totum assumpsiterat hominem: assumptis & naturales homines proprietates, pauere & tecere & contristari nñliter. Nam hoies nñliter in uiti tendunt ad mortem: & Beda ibi. Qui corpus suscepit: oia debuit suscipere que corporis sunt: vt esuriret sitiret angeretur contristaret: diuinitas. n. per hos commutari nescit affectus. Et de hoc etiam no. xi. q. iiij. non solum: in glo. non remouet Concedit ergo christus fugam infirmis quantu ad actu exteriorem. s. a per sequentibus recedendo: non perfectis interius corde timendo. Sic & in loculis dicendum est: qd licet christus quantum ad actu exteriorem. in loculis deserendis correctandis: & dispensandis his que ibide reponebantur: descendenter infirmis: vt xij. q. i. habebat: non tñ quantu ad volenduz sibi vel collegio aploz appropriare seu appropriando dominium loculoz vel eoz que in loculis portabantur: nam hoc non fuit congruum siue potestati nec bonitati: qd quu de iure nñli & diuino oium rerum spes etantium ad vitam humanam cois usus esse debeat oibus homibus: & per iniuriam factum sit vt dicā hoc meū hoc tunz: vt habef. xij. q. j. c. ii. z. viij. di. S. j. cum. c. seq. & ipse christus venerit ad docendū perfectissime oium terrenoz contemptum. Matt. xix. & vitam quietissimam. Matt. xij. z. v. z ad oem mām solicitudinis tpalium perfecte euangelium sequi voluntibus amputandā. Matt. vi. z ad statū innocentie reuocandū. ps. xxiiij. Innocentes & recti adheserunt mihi zc. Si christus sibi aut suo collegio speciali aploz dominio & possessiones tpalium rerum appropriateasset, sequeret qd nec terrenoz contemptum: nec vitā quietissimā: qd tollit mām litigandi: qd surgi & ex rerū appropriatione perfectissime docuisset: nec oem mām solicitudinis a suis aplis & discipulis spālibz sectatoribus amputasset: nec statū innocentie renouasset. Preterea si Christus dominū & proprietatez loculoz, & eoz que in loculis ferebantur: habuisset: non dixisset nec dicere posisset dicta decretalitate.

Nec his quisquam putat obserfere: q[uod] interdum dicitur christum loculos habuisse: q[uod] exceptio que veritatis fit a regula: q[uod] ad ipsas exceptionem virtutis fuisse falsificat ipsam regulam: et per consequens in hoc ipso regule obuiat. s. de reg. iur. l. i. Preterea v. s. v. ex predicta: cum versus se probatum est: apli de ista expropriatione in spali votum fecerunt. vñ postmodum nullo tempore fuerunt capaces alicuius domini siue proprietatis: q[uod] votum expropriationis h[ab]ent: q[uod] est nec h[ab]et: nec velle dominum in coi vel in spali: quia sit negatiuus obligat semper et ad semper h[ab]et theologos: et si sibi in proprio vel coi post emissum votum: appro priassent inde aliquid mortaliter peccasset: et ex de statu mona. c. iij. q[uod] qui vero. et c. super quodam. Et sic patet primum videlicet q[uod] ex diffinitione et verbis dicti de crede. Christus et apli non habuerunt aliquid in loculis nec in alijs aliquibus rebus domini in spali nec etiam in coi. Per authoritates etiam sanctorum hoc probatur: vt etiam dixi supra longe in s. porro. et in primis chartis. in. e. ly. vñ super illud Matth. xvij. c. vade ad mare et dicit glo. Dominus tante paupertatis fuit: vt unde tributa solueret non haberet. Iudas quidem in loculis coia habebat: sed res pauperum in usus suos conuertere nefas duxit: id ipsum dans nobis exemplum. Et Chrysostomus sup. Ioan. nem homil. lxxi. super illud Joan. xiiij. Aut egenus aliquid daret: dicit sic: Qualiter inquit non peram: non virginem: non es iubens deferre marsupium habebat. Et respondens subdit: ad inopus ministerium ut discas q[uod] valde pauperem et crucifixum huius operum perfectionis multam facere procurationem. multa. n. ad nostras dispesans doctrinas hec agebat. Ad idem. xij. q. j. habebat. H[ab]ebat dominus loculos et a fide libus oblata conseruans: et suos necessitatibus: et alijs indigentibus tribuebat: tunc primum ecclesiastice pecunie forma est instituta: hec ibi. Forma aut ecclesiastice pecunie instituta in loculis est: q[uod] ponit Prosper in libro de vita contemplativa. sic dicens: Scientes viri sancti nihil aliud esse omnes res ecclesiastici vota fidelium: et precia peccatorum: et patrimonia pauperum: non eas vendicauerunt in usus suos: et proprias: sed ut commendatas pauperibus erogauerunt. Et idem dicit Aug. in authoritate superiorius circa questionis articulum allegata: posita. xxij. q. viij. q[uod] autem: et in alijs iuribus ibidem allegatis. Ex quibus et alijs causa breuitatis omissis clare patet q[uod] Christus et apostoli non habuerunt dominum nec proprietatem loculorum nec eorum que a fidelibus offerebantur: sed solum dispensationem: administrationem et procurationem pro necessitatibus suis et aliorum indigentium: et hoc idem expresse asserit Aug. super ps. cij. qui incipit. Benedic anima mea domino: in verbis illis. Producens seruum iumentis: sic dicens. H[ab]uit dominus loculos in usus eorum qui cum eo erant et suos: et religiosas mulieres in comitatu que ministrabant ei de substantia sua: in his personam infirmorum magis suscipiens: preuidit. n. multos futuros et ista quesituros. Futurus erat Paulus nihil tale aliquando querens: et omnia provincialibus donans: qui etiam moxi optat Act. xxij. pro Christo. Sed quia multi infirmi ista questiuri erant: magis infirmorum personam suscepit, sublimius tamen egit christus: q[uod] misericordius: hec ibi. Itē idem August. de opere monachorum aliquantulum post principium dicit sic. Dominus more misericordie sue in infirmitatibus compatiens: quum ei possent angeli

ministrare loculos habebat in quibus mitteretur pecunia que offerebatur utque a bonis fidelibus eorum victui necessaria: quos loculos. Inde commenclavit. hec ibi. Et quibus patet clarissime q[uod] nec christus nec apostoli habuerunt loculos: nisi quantum ad dispensationem et administrationem condescendendo infirmis: et non quantum ad dominium nec proprietatem. Et vocantur infirmi: qui timore erunt metalia requirunt: et sibi appropriant. vt. s. quibus licet condescenderit quantum ad actum exteriorum: scilicet habendo loculos: vt dictum est supra versum ad quod: non tamen quantum ad actum interiorum. s. timorem et appropriationem. Quia autem christus et apli postquam dictum statum perfectionis et paupertatis asumpsi erunt: nusquam alias in spali nec in coi per modum proprietatis et dominum res possederint p[ro]p[ri]etatem ex dictis euangelij et sanctorum exponentium ea. Nam Matth. x. post vocationem apostolorum eis vitam perfectionis tradens sic dicit. Molite possidere aurum: neque argentum: neque pecuniam in zonis: neque peram in via et cetero quod exponens Rabanus in originali dicit sic. Consequenter hoc precepit euangelizatoribus veritatis: quibus ante dixerat. Gratias accepistis: gratis date. si. n. sic predican ut preci non accipiunt: superflua est aurum et argenti nummorum neque possestio. Nam si habuissent aurum et argenteum:viderentur non tam salutis hominum q[uod] luci causa predicare. Ideoq[ue] subiungit. Quia divinitas detruncauerat: propemodum vite necessaria amputat. ut apostoli vere doctores religionis: qui docebant omnia gubernari dei prouidentia: seipso ostenderent nihil cogitare de crastino: et parum post. Hec loquebatur apostolis: ut securi non possiderent: neque portarent huic vite necessaria nec magna: nec minima. hec Raba. Alia multo originalia sanctorum locuentia de hoc. s. in. s. porro. in. c. ly. in isto tractatu posui que non repeto hic. Ex quibus patet q[uod] apostoli fuerunt pauperes in summa et altissima paupertate: quia: ut dictum est: altior dari non potest: que est: nec habere in proprio nec in communione. Tertum enim est q[uod] si potuissent in communione suo collegio dominia et possessiones rerum appropriare: potuissent etiam per consequens aurum: et argenteum in communione possidere: et si in communione eorum collegio potuissent hec recipere et possidere frustra dixissent sancti q[uod] christus eis prohibuit ista possidere ne videretur causa lucri predicare: quum ita posset cogitari q[uod] predicarent et questum facerent propter divinitas aequalitas eorum collegio: sicut pro lucro singularis personae et frustra dicentes sancti q[uod] per hoc christus apostolos exiit ab omni vite huius sollicitudine: quia ita posset esse materia sollicitudinis pro acquirendo singulari collegio: sicut pro singulari persona. Et irrationaliter fuisset eis interdictum ne quid in via tollerent: et ne saccum neque peram nec es in zonis portarent: et per consequens ne reciperent aurum et argenteum et pecunias: immo potius debuisset eis concedi ut ista reciperent et portarent ad seruanda et possidenda et in communione dominio habenda. Preterea si habere potuissent dominia et possessiones in coi non distingueretur abdicatione apostolorum ab abdicatione quam faciebat turba que sequebatur apostolos: nec ab abdicatione cenobitarum habendum dominia et possessiones in communione: quam tamen distinctione sancti faciunt: unde glo. Bede sup illud Actum. iij. Multitudinis credentium et cetero dicit sic.

Biscernit

Discernit ordinē doctoz & auditoz. Nam multitu-
do reb' scriptis copula charitatis inuicē iungebat:
apostoli vero virtute fulgentes mysteria christi pan-
debant: hec ibi. Ex quo patet q̄ illa rerum cōmu-
nitas erat turbe non aploz. Nec huius repugnat q̄ sta-
tim sequitur: ante pedes ipsoz pecunia m̄ fuisse posi-
tam: quia hoc siebat vt docerent pecunias esse cal-
candas: vt dicit Hieronymus ad Demetriadēz. Hec
etiam forma tradita fuit monastice seu cenobite vi-
te: vnde glo. Bede super illud Actuum. iiiij. Multis
tudinis credentium, dicit sic. Qui sic viuunt vt sint
communia omnia, cenobite vocantur. que vita tan-
to est felicior quanto statum futuri seculi imitatur:
vbi oīa cōta. Vel certe vt se & sua aplice dispositioni
cōmitterent sicut docet Ambro. super epistolam ad
Cor. Hanc tñ rerum dispositionem maluerunt com-
mittere alijs: sicut in actibus legitur. Actuum. vij. cō
sequenter. Non est bonum nos derelinquere verbū
dei: & ministrare mensis. Quod quidez dixerunt vt
ministerij refugerent distractionem: non q̄ per illud
aliquid possederunt: vt patet in authoritatib' supra
allegatis. Ex quibus 2stat q̄ sancti doctores ecclē-
sie distinguunt inter abdicationez aploz, & eoz qui
conuertebantur per eos cenobitarum: que quidem
distinctio nulla esset: si concessum fuisset aplis auruz
& argentum in communī habere. Et ideo preceptū
datum apostolis de non possidendo aurum nec ar-
gentum nec pecunias, intelligi debet prout stare po-
test pro suis suppositis distributive & etiaz collecti-
ve: interdicendo non solum cuiilibet singulari: sed e-
tiam toti collegio aploz possessionem huiusmodi.
Et ideo dicit Petrus vice omnium apostolor. Ec-
ce nos reliquimus omnia. Matth. xix. & qui dixit
omnia nihil excepit extra de maio. & obedi. solite. j.
Cor. xv. Heb. ii. ff. de auro & argento: leg. l. plancius:
& sic omnia taz in speciali q̄ in communī conclusit.
Quia autem christus hanc paupertatis formam in
seipso seruauerit quam aplis seruandam mandauit:
probatum est longe supra in. S. porro. in. clv. per au-
thoritates Chrysosto. super Matth. homil. xxij. &
per glo. super illud. Vulpes soueas habent, & alias.
Quia si forte dicat quis christum habuisse hospitium
non cōmune: obuiat illud Chrysosto. in sermone de
proditione Jude vbi dicit. quos preciosoz delectat
pompa marmoz cognoscant christum dñm. om-
nium & locū in quo caput reclinaret non habuisse.
Et ideo discipuli ipsum interrogant & dicunt: Abi-
vis paremus tibi comedere pasca? Matth. xxvj.
Mar. xij. Luce. xij. Sed si christus habuisset cō-
mune hospitium: illud discipuli non ignorassent: nec
ipse caruisset in loco in quo caput reclinaret & pasca
comederet. Item Anselmus in libro de sacramen-
tis dicit sic. Pauper ita fuit christus: vt veniens in
mundum non sua sed aliena domo nasceretur: nat'
propter inopiam loci in presepi brutoz animalium
poueretur: & viuens in mundo non haberet vbi ca-
put reclinaret: nec moriens vnde nuditatem suam
tegeret: nec mortuus vbi inuolueretur: nec sepulcrū
aut locum vbi corpus mortuum locaretur: hec An-
selmus. Item. Beda super illud. Mat. xj. Circum-
spectis omnibus: in originali dicit sic. Intelligen-
dum q̄ dñs tante paupertatis fuerit: vt in vībe ma-
rima nullum hospitem nullamq̄ mansionē: sed in
agro parvulo apud Lazarum sororesq; eius habita-
ret. Constanſ igitur est q̄ non hospitio solum sed &
precio quo id conduceret caruerit: dum necessitate

compulsus de vrbe exiit. Hoc etiam ex ratione p̄zo-
batur: nam si filius dei ad hoc assumpit naturam
humanam vt genus humanum quod per peccatum
a statu innocentie conciderat: repararet: non perfe-
cte reparaset nisi assumpsisset naturam: ergo talem
assumpsisset: vnde August. super illud Jo. i. Ecce ag-
nus dei. Si agnus ergo innocens: & si assumpsit
naturam innocentem: assumpsit eam s̄m omnem
perfectionē animē & habuisset aliquis in statu in-
nocentie. Sed in statu innocentie fuissent homines
sine dominij distinctis: sicut patet. di. viij. q. j. & c. i. &
S. in. S. porro in. lv. ca. Bixi igitur si christus tenuit
statum innocentie, non habuit dominū distinctum
in speciali vel in cōmuni alienius rei, sed solum sim-
plicem facti v̄sum licetum & conceatum. Ex quibus
omnibus & alijs pluribus iuribus & rōnibus pro-
pter brevitatem omissis, & ex ihs que plenius inserū-
tur in libro de perfectione euangelica, quē compo-
suit frater Joannes de ordine minorū archiepisco-
pus Cantuariensis & solennissimus magister in sa-
cra pagina, & Apologia fratris Bonaventure car-
dinalis episcopi Albanensis magistri de solēnori-
bus mundi tēpoze suo de ordine fratrum minorū, li-
quet manifeste q̄ christus & apostoli non habuerūt
aliquid propriū nec in speciali nec in communi. Et
q̄ ecclesia Romana que in doctrina christi & apo-
stoloꝝ errare non potest. xxij. q. j. a recta: rectissime
definiuit: dicendo q̄ huiusmodi abdicationem om-
nium rerum tam in speciali q̄ in cōi christus & apli
verbo docuerunt & exemplo firmauerunt. Et si quis
dictas authoritates scripture sancte vel sanctoꝝ ali-
ter intelligeret vel exponeret q̄ ecclēsia que spiritu
sancto regitur, intelligit & exponit: hereticus foret
cenlendus. vt. xxij. q. ij. heresis. Quinimmo si quis
etiam ex sanctis doctoribus ecclēsie aliter sentiret:
diceret, vel doceret: potius authoritati & definitioni
ecclēsie standum esset, q̄ illius sancti doctoris. xxij.
q. i. hec est & xx. di. S. Tertia conclusio que elicetur
ex dicta determinatione decreta. exiit. est q̄ christus
non habuit regulariter loculo: sed solum aliquando
sive in casu. s. infirmis condescendendo: qd demon-
stratur ex verbis dicti decre. quum dicit interdum
loculos dicitur habuisse: & quum: postea subiicit q̄
christus sic in suis actibus perfectionem exercuit: q̄
interdum infirmoz imperfectionibus condescen-
dit. & sicut in fuga patet & loculis. Ex quibus ver-
bis & sua sive intellectu ex ipsis sumptis verbis de-
monstratur q̄ christus regulariter loculos non ha-
buit: sed in casu immo regulā sine legez dedit. Mat.
x. apostolis suis de loculis non habendis: vt supra
probatum est. quam regulam & ipse quasi semper in
seipso seruauit: sed interdum habuit & in casu: sicut
ali quando fugit persecutores: sed vt plurimum non
fugit. Jo. xvij. sed eis se opposuit: & legem de non ti-
mendo persecutores & eos qui corpos occidunt eis
dedit. Matth. x. Luce. xij. xi. q. ij. nolite: vt superius
dictum est: vnde glo. super illud. Matth. xxvj. Et
orauit tertio &c. dicit q̄ christus tria oratione do-
cuit timorem triplicem superare. s. timorem mortis,
timorem vtilitatis, & timorem doloris. sic & lex di-
cit q̄ illud quod dicitur interdum concedi quod cō-
ceditur in aliquo casu regulariter prohibetur: vnde
posita regula qua dicitur nouo iudicio agendum esse
vt tollatur opus quod post item contestatam factū
est: tollitur in casu: scilicet si illud quod antecessit tol-
li sine eo non potest. ff. de aqua pluvia. cap. i. ac eius.

Christus
non semis
per locu-
los habuit

in fi. t. l. sequenti: que incipit, sed interdū: t. fm. pda
piam, Interdum tm̄ prestat sicut Aliquando. Attē
dendum igitur est q̄ in enangelio: aut in aliqua par
te noui testamenti nihil plus legitur de loculis: nisi
quod legitur Joan. xii. t. xiiij. t. iij. ideo dī in p̄e. de
cre. exiht: interdum. Nam in precedenti serie euangeli
ca legitur q̄ sancte mulieres, que comitabantur
dñm cuj discipulis ministrabat ei de facultatib⁹
suis. t. Luce. v. t. viii. t. xiiij. Jo. xii. t. ij. Legitur etiāz
in alienis mensis & cibo alieno assidue manducasse:
q̄ nunquam habuit hospitium nec mensaz nec can
delabrum nec aliquid talit̄: vnde super Luce. ix. ca.
dicit Chrysostomus. Aspice qualiter paupertate q̄
dñs docuerat: per opera demonstrat. Non. n. ei erat
mensa: nec candelabrum: nec domus: nec quicq̄ ali
quid talium. Et Hieronymus ad Nepotianum di
cit: Turpe est ante fore sacerdotis dñi crucifixi &
pauperis qui cibo alieno vescebatur: lictores & fuluz
& milites excubare. Ecce christus pro nobis seruus
factus in dominibus alienis hospitabatur: & cibis az
lienis vescebat. Hec Hieronymus. Et Bern. super
illud Luce. ij. Cum eset factus Jesus. xij. annoz. di
cit q̄ christus quasi unus in turba pauperum stipe
per ostia mendicabat. Ex ijs igitur & alijs multis
supra allegatis evidenter oñditur q̄ christus regula
riter loculos non habuit: sed interdum: sed quia ne
cessitas legem non h̄z de conse. di. v. discipulos: pa
ssionis tpe de his loculis dispensauit: vnde Luce. xxii.
dixit. Quando misi vos sine sacculo & pera & calcia
mentis: nunquid aliquid defuit vobis? at illi dixer
unt ei. nihil. dixit ergo eis. Sed nunc qui h̄z sac
culum, tollat: similiter & peram. In quibus verbis
dicit glo. Bede, non eadem viuendi regula persecu
tionis qua pacis tēpore discipulos informat. Dis
sis. n. ad predicandum discipulis nequid tollerent
in via precipit: ordinans vt qui euangelium annun
tia de euangelio viuat. Instante vero mortis articu
lo: & tota illa gente pastorē simul & gregez perleque
te congruam regulam tempoz decreuit, permittēs
vt tollant necessaria victui donec sopita persecutorz
insania tempus euāgelizandi redeat. Adde hic que
scripti supra: in. §. porro. in. c. lv. Quia igitur lex quā
tum ad exteriorem actum illum quantum ad opus
exterius aliqui non potest seruari: ideo in casu & ex
causa aliquando solet intermitti: t̄ sic christus aliqui
& dispensatiue loculos habuit: sciens non oēs posse
semper in predicte distictionis semita ambulare:
quia illa propositio censemur vera: que regulariter est
vera: etiam si aliquando fallat: vt dictum est. t. ca. ad
hoc. ff. de aqua quoti. t. est. l. j. §. j. t. l. sequen. cym. si.

Seconda obiectio principalis que siebat olim &
adhuc sit contra predicta que in dicta decr. exiht dñr
talis est. Vide q̄ h̄modi abdicatio oiūz rerū taz in
spetiali q̄ in communī non sit de iure possibilis: &
maxime quoad res illas que vsu consumuntur: sicut
& panis: vinum, oleum, vestimenta & alie res que
su consumuntur: quum lex dicat q̄ si vini olei & fru
menti vsus lege: proprietas ad legatariaz transfer
ri debet: quia vsus in talibus non videſ posſe a pro
prietate seu dñio separari. ff. de vsufruc. ea. re. que
su consu. l. si. vini. cum similibus: & ideo qui renuntiat
omnium proprietati suie dominio talum rerum: vi
detur per consequens renuntiare vsui eam. Lui
Obiectio in sepe dicta decre. Exiht. §. porro. versi.
non aut: r̄idef per Nico. iij. in hec verba. Non aut
per talem abdicationem proprietatis omnimode:

renuntiationem vsus rerū cuiq̄ videatur inducere.
Nā quz in rebus tpalibus sit precipuum confide
rare proprietatem: possessionem: vsufructuū: ius vtē
di, & simplicem facti vsu: & ultimo taq̄ necessario
egeat: licet primis carere possit: vita mortalit⁹ nulla
prosperus potest esse professio que a se vsu necessarie
sustentationis excludat, verum descendens fuit
ei professioni, que sponte denouit Christum paupe
rem in tanta paupertate sectari: omnium abdicare
dñm: & rerū sibi concessarum necessario vsu fore
contentam. Nec per hoc q̄ proprietatem vsu & rei
cuiuslibet abdicare v̄, simplici vsu ois rei renuntia
tum esse coniuncti: qui inq̄ vsus non iuri s, sed fa
cti tantummodo nomen habens: qd facti estm in vtē
do prebet vtentib⁹: nihil iuris: quinimmo necessa
riarum rerū tam ad vite sustentationem q̄ ad offi
cioz sui statutus executionē excepto qd de pecunia. j.
subiungitur: moderatus vsus fm eoz regulam & ve
ritatē oīmodam fratribus est peccus. Ex quib⁹ ver
bis aperte demonstrat q̄ quis potest renuntiare om
ni dñio: & proprietati, & vsu fructu: & iuri vtēdi om
niū reruz tpalium. etiā que ad vite sustentationem
requirunt: & sine qb⁹ vita humana sustentari non
pot: inter quas res potissime sunt ille que vsu consu
muntur: & t̄i per huiusmodi renuntiationē suie om
nimodam abdicationem non videtur renuntiatuz
vsu simplici facti non pot ergo vere dici q̄ simplex
vsus facti non possit a dñio & proprietate & vsufru
ctu suie iure vtēdi separari. Nec hoc aliqua lege cau
tum: reperitur: immo oppositum reperi in seruo, fi
lios familias: & religioso: qui in rebus que vsu consu
muntur habent simplicem facti vsu: & t̄i nec ad
momentum habent in illis rebus aliquid oīminis
proprietatis, vel iuris: vt supra longe diximus. in. §.
porro. in. c. ly. In seruo patet qui rei peculiaris non
habet dominium nec possessiones. ff. de pecu. lid ve
stimentū: sed proprietas & possessio residet penes
dominium. ff. de aquiren. posses. l. j. §. item acquiri
mū. t. l. q̄ seruus. Et si cibaria seruus legent: pro
cul dubio dñi est legatum: non seruor. ff. de condit.
& demon. l. filios familias: in. si. Idem est etiam de om
nibus t̄s que filios familias etiam habet ex peculio
protectio suie sint cibaria: suie uestes, aut pecus, aut
animalia, que vsu consumuntur, quia ipsarum rerū
habet vsu: & proprietas suie dominium in eis non
residet penes eum. ff. de aquiren. posses. l. quicquid.
t. l. j. §. item acquirimus. ff. de regu. iur. l. filios fami
lias: cum si. Item in monachis & quibuslibet aliis
religiosis quoq̄ regule ita annexa est abdicatio om
nis proprietatis cuiuslibz rei: vt contra eaz nec sum
mus pontifex possit licentiam indulgere: extra de
sta. mona. cum ad monasterium: in si. manifestissimū
est q̄ in omnibus que vsu consumuntur: & que spe
ctant ad victum & vestitum: habent sic nuduz & sim
plicem facti vsu, q̄ nec ad momentum in illis aut
aliquibus alijs rebus proprietatem seu dominium
habent nec h̄ze possunt. vnde nec uestes quas defe
runt: sic dñs habere quantum ad pprietatez: dñnum
aut veram possessionem. vt. xij. q. j. nolo. t. c. non di
catis, vbi de hoc no. & extra de sta. mūna. c. ij. cum si.
Et vsufructum in aliquibus rebus habere non pos
sunt: vt legitur & no. xix. q. ultima. c. ultimo. Prete
rea vsus facti rerū necessarium ad sustentationem
nature est de iure naturali: eo q̄ ab exordio natu
ralis creature incepit. v. dist. in prin. & dist. vi. §. his
ita. t. xxxv. dist. sexto die. eo q̄ vbiqz & apud omnes

instinctu

instinctu nature non constitutione aliqua habet. vt
di.i.ius naturale. et ex eo qd natura huc vsum docuit
insti.de iure natura.gen.in princi.z.fide insti.z iure.
l.i.S.ius naturale. Et ideo nec p legem nec p renun-
tiationem nec per abdicationem nec aliquo modo tolli
aut mutari potest. qd talia iura immutabilia perseue-
rant.dist.v.S.i.z di.vj.S.his ita.insti.de iure natura.
z civi.circa fi. b.sed naturalia. Proprietates vero,
possessioes, z dnia sunt a iure humano:vt sepe dictu
est.dil.viii. quo iure Usufructus etiam z ius vtendi
est a iure civili. Insti.de rebus cor.z incor.p totum.
Certu est autem qd omni iure privato qd alicui com
petit ex iure humano:potest quis renuntiare, z illud
a se penitus abdicare.vii.q.i.qd piculosz.fl.de edili.
edicto.l.queritur.Si védicator ex de fo. cōp. si dilig-
enti.vbi de hoc. Item nullus qui legis naturalis
pcepto ad esse nature conseruandum indispensabiliter obli-
gatus est. ijs sine qbus non conservatur esse
nature, renuntiare potest. sed oēs z singuli homines
cuiuscumqz cōditionis existat:legis naturalis pcepto
ad esse nature conseruandum indispensabiliter obli-
gati sunt. ergo his renuntiare non possunt. Adani-
stuz est aut qd esse nature non potest aliquo modo
conseruari sine vsl facti rerum necessiarium ad vi-
tam humana:vt sunt alimenteria z vestimenta: qd sunt
inter res illas que consumunt vsl. pprietas autem
sue dñm rerum alimentorum qd est de iure civili, nō
conservat esse nature, sed vsl facti tñi. ergo vbiqz z
semp proprietati huiusmodi rez renuntiari potest.
Quia autē vsl rerū alimentorum cadat sub pcepto
legis nature, patet Ben.i. vbi legitur qd ab exordio
rationalis creature in statu sez innocentie deus des-
dit duo vēcera homini. Unum de comedendo. Se-
cundum negatiū, dicens Ex oī ligno paradisi co
mede. de ligno autē scietie boni z mali ne comedas.
Ergo aperte patet ex pceptis qd vsl rerum alimen-
torum que p vsl consumunt, ut nō comedas. Et
qd etiam earum usus cedit sub pcepto dñm. Certu
est autē qd stante iure nature nullus potest dicere de
aliqua re, hoc est mesi:hdc tuuz. hec.n. dno pronaia,
vt dicit Clemens, sunt ex iniquitate z cupiditate gē-
nitum z p humanum ius introducta. vt.vij.q.j.c.vij. z
dist.vij.S.i. Ergo vsl rez qd per vsl consumuntur
non habet necessario annexū meum z tuuz. Et per
consequē dare pte qd vsl rez qd vsl consumuntur
potest esse sine ppriate z dñm. Et si quis dicat qd
status ille innocentie paruz duravit: hoc non soluit
qd vsl taluz rerum qd vsl consumuntur, possit esse
in ppetuum sine ppriate z dñm. potuit.n. pim^o
homo non peccare de conse.di.iiii.placuit. z sic vsl
oīum rerum semp suisset in oīibus hominibus z
oī tpe z vbiqz absqz proprietate z dominio. Preterea
constat tam de iure canonico qd civili, qd tēpore ne-
cessitatis extreme omnia spectantia ad huius vite
sustentationē sunt oīibus hominibus mundi cōmu-
nia:ita qd nemo potest dicere hoc propriū est, quod
tpe huius necessitatis oīibus hoīus commune est.
p.ij.disti.sicut ibi. Memo pprium dicat qd cōmune
est. ad le.rho.de iac.l.i.S.idem.de conse.distin.v. di-
scipulos. Adatt.xv.extra de obser.ieiu.c.vi.de cōfue.
quāto.de regu.iur.qd non est. Incongruū est igitur
dicere qd Iesus Christus filius dei qui est etiā dñs
sabbati. Adatt.vij. Adarci.ij. Luce.vj. z supra oēm
legem:subiaceat legi imperatoris:quum etiā ipse im-
perator sit supra legē:nec legi sue subiectus. fl.de legi.

pnceps. z no.extra de const.c.j.immo etiā est supra
legē nature ipse dñs:qd natura ab eo:vt dicit. Amb
in hexameron, qd natura rei non est aliud qd volun-
tas dei. Ergo iste dñs z apli sui quos ad imitationē
sui traxit, z alij eos frequētes non subiacent legi im-
peratoris quantum ad vsl rei. Certum est etiā
qd eni potest derogari per aliquā legez:potest pacto
sue renuntiatione alicuius vniuersitatis sine colle-
gi quantū ad singulos z vniuersulos derogari. vt ex
p̄esse dicit z no. C. de decretis decuriorum nō glos.
posita sup rubricam lib.x.z no.fl.de regu.iur.l. neqz
ex p̄torio.vbi dicit glos. qd si vniuersitas aliqua sta-
tuat contra ius seu etiā legē:quantum ad illam vni
uersitatē tenet. Mater igitur ex p̄dictis qd apli z fra-
tres.minores in speciali z in cōmuni potuerunt a se
abdicare proprietatē z dominū omnū rerum que
vna etiā consumuntur z sibi in oīibus rebus tantū
modo vsl facti simplicē retinere. Si vero dicatur,
cuius ergo erat dominū rez quibus vtebant apli?
Respondeſ sicut respondet Aug.pre.c.quo iure sez.
quod iure diuino dñi est terra z plenitudo eius. ps:
xxiiij. z lxxiiij. ergo erant dñi:scut z res oblate z do-
nate pauperibus dicunt esse in dñio dei. xxv.q.ii. qui
abstulerit. sicut z res sacre z religiose nullus hoīis
sunt:nisi dei. Instit.de rerū dñi. S.in nulli. in textu
z in glos. Vnde dicetur sicut sunt quedā: qd de iure na-
turali cōmūnia sunt sicut sunt aer z aqua perfluens
z mare z litora maris. Instit.de rerum dñi. S.i.z in
pdicto.c.ollectissimis. Et res ecclie non dicunt ali-
cuius singularis hoīis vel collegi:sed quasi commu-
nes vniuersitatis omnū fidelū qd est corpus Chri-
sti. xij.q.j.res ecclie. z.c.vltimo. Sic z dominū sue
pprietas omnū rerum qbus vtebant apli erant
vniuersitatis omnū fidelū sue bonoz:quoz sunt
de iure diuino. xxiiij. q.vij.c.j. Non autē potest dici qd
dñm earum eset ip̄is aplis singulariter aut eorū
collegio speciali appropriatum:quum ppriate cm
piuz rez tam in speciali qd in coī ale abdicassent: vt
lept. sepius superius est pbatu. Junge qd notaui
S.e. S.i. aurem qd aur in prim.in.c.lvij. Preterea
arguitur sic ad idē ad chius z apli se ad statu inno-
centie redixerunt:in quo nullus pprium habuit, vt
supradictuz est pre.c.xij.q.j. collectissimis. ergo z ipse
z apli. Item si concederetur qd chius z apli ha-
buerunt illaz rerum dominium qd vsl cōsumuntur:
ex eo qd vsl eaz non possit a dñio separari:uo ab-
surdissima sequerent. Primum: qd hm hoc chius
z apli suisset oēs proprietarii in singulari. qd quiaz
quilibet vsl habet vēstis:qd ferebat:z panis quez
comedebat:z vni qd bibebat:z sic de ceteris rcb^o
que vsl cōsumuntur: per consequēs qlibet in spe-
ciali sue in singulari habuisset dñm. z sic quilibet
eorum suisset proprietarius z sic ecclia vniuersa-
lis vslq ad hec tpa errasset: que tenuit docuit z do-
cet z leges fecit qd religiosi quantum ad expropria-
tionem z abdicationem dñi rerum tpalium tenent fi-
guram aplorū. xv.q.i.ex autoritate:z supra in. S
porro.incl.lvlate dixi. Nam hm hoc nulli tenerent.
figuram aplorū,nisi habentes dñia z proprietatem
rerum in speciali. Et sic quum oīis vera consequētia
pfectionis nulla esse posset nisi illa que a chzo z apo-
stolis exemplo z verbo docia est: nullus haberet sta-
tum pfectionis:nisi haberet dñm z proprietatem
rerum in speciali. qd dicere errorem est z falsum. Et
etiam hm hoc omnes sanctis qd statum expropriatio-
nis omnū rez in speciali ita habuerunt z docues

fur erat: et loculos habens ea que mittebantur por-
tabat. Ex quo habetur q̄ christus habuit loculos in
quibus portabantur ea que mittebantur: et sic habuit
in communi. Respondetur q̄ habuit loculos dñs
sū Aug. q̄ ecclesia erat habitura loculos. xij. q. j. ha-
bebat. et. c. exemplum. Ex quo colligitur q̄ christus
loculos non habuit nisi q̄ ecclēsia erat habitura. et
sic non pro se sed vt ecclēsie esse licitum demōstraret:
et in personam infirmorum. vt in decre. exij. et supra
sepe dictum est. Sicut et dicitur de fuga quaz christ
fecit ad condescendendum infirmis. vt dicit Augu.
super illud Jo. viij. Ambulabat Iesus in galileam.
Quinta instantia est: q̄ Jo. xij. quum dirisset dñs
Jude. Quod facis fac citius. quidam putabant q̄
loculos habebat Judas: vt diceret ei domin⁹. Emē
ea que necessaria sunt nobis ad diem festū: aut ege-
nis aliquid daret. Ex quo loco colligunt quidam q̄
aliquid tenuerit Judas in communi. sed iā ad hoc
facta est responsio sū Aug. xij. q. j. habebat in figu-
ra ecclēsie loculos habitare. Unde non habuit christ
loculos ac pecuniam possidēdam. quum hoc
vt. s. patuit apostolis prohibuerit. sed tantum ad pe-
cuniam seruandam ad indigentiam egenorū. Pro
cunie autem seruatio pro necessitatibus ingruen-
tibus nullam in se uante arguit possessionem: quum
alienuz contingat in omni deposito: cuius apud de-
ponentem dominum et possessio retinetur. ff. deposi-
ti. licet. s. j. Sexta instantia est: q̄ Luc. xxij. videtur
dominus reuocasse regulam quaz dederit apostolis:
quando inquit. Quando misi vos sine sacculo. et pe-
ranun quid aliquid defuit vobis? Quibus respon-
dentibus. Pishil. dñs subiunxit. Et nunc qui habet
saculum tollat: similiter et peram. et qui non habet
gladium: vendat tunicam suam et emat gladiū. Re-
spondetur q̄ non reuocauit: sed in illo tpe id quod
pacis tpe instituerat dispensauit. Unde glo. ibi. Nō
eadem inquit forma uiuendi vel regula persecutio-
nis: que pacis tpe discipulos informat. et cetera quā
s. polui. Et per istum modum etiam credunt aliqui
doctores christuz habuisse loculos: q̄ non legitimus
christum habuisse loculos nisi tempore passionis in
textu divine scripture. Septima instantia est: quia
christus in morte habuit vestimenta que erant sua.
Jo. xij. Partiti sunt vestimenta mea: et super uestez
meam miserunt sortem. Sed instantia arguit de pro-
prio in speciali. Sed respondetur q̄ erant sua quan-
tum ad vñsum: et proprietas illorū qui dederant: si-
cūt vestimenta filiū familiās et seru sunt patris. et dic-
sicut latius. s. dixi in. s. istam questionem. ver. q̄ nō
objicitur. in. c. lvij. Octava instantia est: q̄ Jo. xxij.
dicitur q̄ Petrus post christi resurrectionem rediit
ad pīscandum. vbi dicit Augu. q̄ licitum fuit ei ser-
uata perfectione apostolica victimū per pīscationem
acquirere. Et beatus Greg. ibidem dicit. Negotiūz
qd̄ ante conuersionem sine culpa exitit: post cōver-
sionem

sionem repetere culpa non fuit de pe. di. v. negotiis. Et tunc videtur q̄ licuit beato Petro pisces suos vendere ad victimum habendum: quod non potuit fieri nisi in eis habuisset aliquid dñi. R̄ndetur q̄ nunc Petrus pisces suos vendicisset: sed dedisset: aut poti⁹ dimisisset eos pro victu sibi necessario dás labore solum. Et si queratur cuius fuerunt illi capti pisces ante aliorū acceptiōē. Respondetur q̄ nulli⁹ sīm dñiū: sicut nec in mari, qui nullus acgrat ius in re inuitus: sicut maria ⁊ flumina ⁊ litora in nullius bonis sunt hoīs specialis. insti. de rerū dñi. §. li tor. vbi no. ⁊ dixi. §. Et hoc ecclesia determinat in regula beati Francisci: quā ex certa scientia approbavit ⁊ toties confirmauit. in. c. fratres. Illi quib⁹ gratia dedit dñs laborādi: laborēt fideliter ⁊ devote rc. Et infra. De mercede vero laboris pro se ⁊ suis fratribus corporis necessaria recipiāt: preter denarios vel pecunia. Vera regula ista apostolica digito dei vii scripta solvens dubia ⁊ abnegans propria. Nonna instantia: quia. j. ad Tim. vi. dicitur. q̄ habentes alimenta ⁊ quibus tegamur, his contenti simus. p. q. iij. ep̄s. Ex quo habetur q̄ ad minus oportet victimū ⁊ vestitū habere: que commode haberi non possunt sine aliqua pecunia. Sed respondetur q̄ ista authoritas est magis ad oppositū: q̄ numimus erat contētus apls ad vitā transitoriā. Alimentoz autē ⁊ vestimentoz vsus sufficit sine dñio: vt patet in seruis ⁊ filijs. vñ plus in istis non requirebat apls: vt ibidez dicit. Q̄i autē apls idē non habuit nisi vsum soluz, ipse expresse testificat ad Phil. iiiij. vbi gratias agit q̄ ei miserāt bis almoniā. bis in vsum inquit: ⁊ nō in dñiū. Decima instantia est: q̄ ipse Paul⁹ fuit scenofactorie artis: idest pellipari⁹. sicut dicit Chrys. de laudib⁹ Pauli. ⁊ de ministerio suo lucrabatur vīctū suū. Act. xviiij. ⁊ sic luctū illud erat ad min⁹ suū. Unū dicit ad Ephe. iiiij. Unusqz magis laboret manibus suis: qđ bonū est. vñ operabat ad lucrū vt nō grauaret ecclesiā. j. q. iiij. lacerdos. Sed respondetur q̄ illi apud quos manebat: vt dicitur in preal. c. Actu. viij. accipiebant lucrum: ⁊ prouidebant ei de victu sicut faciunt magistri principales in mechanicis de scholaribus quasi suis. At si ipse recuperet pro necessitatibus suis ad seruandum: tunc remansisset dñiū apud dantes: ⁊ authoritas donec pecunia fuisset expensa. vel hic dicendum est sicut de Petro. s. in. viij. instantia. Undecima instantia est: quia Act. xx. dicitur. Beatus est dare q̄ accipere. ex de cele. mis. cum marthe. §. i. Et ideo ille religiones que habent aliqd in eō videns beatiores: ⁊ sic perfectiores: q̄ possunt dare: q̄ ille que semper habent recipere. Respondeat q̄ ista ratio probat q̄ quanto est ditionis status: tanto est perfectior. immo q̄ perfectius est habere in proprio: q̄ in eō solū. quum res que proprius possidentur, liberius possint dari. Sed dicendum est q̄ quo modo pauperes euangelici possunt recipere, eo modo possunt dare de licentia dñorū: sicut et vti. ⁊ sic faciebat sanctus Franciscus. ⁊ est expressum ex de verbo. sign. ex ijt. lib. vi. de ministris qui de licentia pape possunt dare in ordine ⁊ extra ordinem, excepta pecunia: quā etiā de voluntate illoꝝ quorū est non possunt correctare aut disp̄sare. vt in decre. ex ijt. de §. signi. lib. vij. ⁊ in decre. ex ijt. ve verb. signi. in cle. §. cu pientes. Et sic dantes pauperes beatiores sunt, q̄ alij pauperes non euangelici recipientes: quia cum paupertate ⁊ de paupertate sua faciunt misericordiā ⁊ sic intelligit istud verbum. Beatus est dare. Joā.

cassi. in. xij. libell. in. x. libello de spiritu accidie. Unde christus non solum recipiebat: sed et dabat pauperibus. ⁊ facit quod legitur ⁊ no. lxxvij. dist. non satis. in glos. c. q̄ pauper vsum h̄z in rebus quas recepit: non dñiū. Et hic addē qđ longe. s. notaui de isto c. in. §. ex quo sponsa. ver. itē ad Ephes. iiiij. in c. l. ⁊ s. in §. hoc autē p̄ceptū. ver. super illud. in c. lxv. Quod cima instantia est de. c. sepe dicto. xij. q. i. dilectissimis. q̄ apli viuebant in illa cōitate ecclie primitiae. R̄ndetur p̄ doctores q̄ illa fuit regula discipulorū ⁊ non apostolorū christi. Ista solutio declaratur quadrupliciter ex ipso textu sacre scripture. Primo q̄ ipse dñs dedit alia regulā quoad aliqua aplis ⁊ alia discipulis. vt patet Luce. ix. expresse. Et ideo. c. pal. dilectissimis. loquitur de discipulis qui non fuerunt ita perfecti. nihil est ad oppositū. Secundo quia ibi dicit tex. Act. iiiij. Multitudinis inquit credentiū ⁊ erant illis oīa cōia. Illius autē multitudinis in cōitate non noiabant apli: sed noiabant p̄uersi ad fidē. Unū sequit q̄ nemo ceterorū andebat le iungere apostolis: sed magnificabat eos ppl̄s. Ex quo patet q̄ ppl̄s ⁊ multitudino erat ab aplis sequestrati. Tertio quia fideles vendebant agros: ⁊ ponebāt p̄icia ante pedes aplorū: ⁊ illi non detinebant sibi: sed diuidebant prout vniuersiqz opus erat. vnde non erant ipsi possefōres: sed tm̄ distributorēs. qđ offm̄ in re domini nū nō requirit. vel sicut testamentoꝝ executores. vt supra dixi. Quarto quia Actu. iiij. quū ille claudus speraret a Petro eleemosynā: dicit ei Petrus. Argentum ⁊ aurum non est mihi rc. Si autē aurum ⁊ argentum in cōi habuisset: de illo sibi cōi eleemosynā sibi facere potuisset: maxime quia caput erat totius ecclesie principale. Adde hic quod scripsi. s. in. §. sed contra hec dicendū. in prin. in. c. lvij. Intelligendū est tm̄ q̄ habere aliqd in cōi potest intelligi quatuor modis. Aut per modum vniuersaliter aut naturaliter dñantis. sicut in cōi oīa bona regni sunt regis. di. viij. quo iure sicut dicebat Abneger ad Saul. Lūius erunt queqz bona Israel: iij. Reg. iij. in tex. Lūius est terra: Unde reges non sunt dñi proprietarij rerum singularium regni: sed quantum ad defensionem ⁊ gubernationē legitur ⁊ not. C. de quadri. prescrip. bene a Zenone. facit ex de sup. ne. pre. grādi. lib. vij. ex de iure iurā. intellecto. xxij. q. viij. §. ecce. super verbo. emeret: ⁊ in glos. super hoc verbo. posita q̄ incipit. ⁊ ita. Aut per modum particulariter possidentis. sicut Saul preter regnum possessiones quas redidit Bānūl Aiphiboseth. iij. Reg. ix. Aut per modū fideliter distribuentis. vt Jōiada sacerdos distribuebat pecuniā operarijs domus dñi quā ppl̄s offerebat. iiiij. Reg. xij. Aut per modum sumentis utiliter. i. ad solum vsum sibi necessarium: sicut vidue ⁊ pupilli sumebant sibi victim. de ihs q̄ conseruabat Omias. iiij. Mācha. xij. Nunc autē christus habuit oīa in ratione vniuersaliter vel naturaliter dñantis: q̄ iure naturali: quum ipse esset princeps omnū spiritualium sīm humanitatem habuit sub se principatum temporalium. Sed non habuit in cōi in ratione possidentis particulariter: quia oppositum precepit apostolis: vt nihil possiderent. Tertio habuit in cōi ad distribuendum: ex quo ad necessitatem suam sumebat ex premissis. Intelligendum est ylterius q̄ christus vtebatur loculis quadruplici ex causa. Primo quoad necessitatem suam sumendo. Et ideo dicitur Jōā. xij. q̄ quidam putauerunt q̄n dixit Jude. Quod facis fac citius: q̄ diceret ei. Emē ea que no-

Mō eadē
sunt aploꝝ
⁊ discipu-
loꝝ regula

Quadriz
fariam po
test quid
haberi in
communi

Quatuor
ob causas
christ⁹ lo-
culis vte-
batur.

bis sunt necessaria ad diem festum. quod non cogitassent, nisi alias vidissent simile. Secundo vtebat ad pauperum indigentia relevandam. qz ibidem dicit qz aliqui putauerunt qz ei qz loculos habebat mandaret qz egenus aliquid daret. Unde habetur qz de illis loculis consueverat egenus aliquid prouidere. et est expressum. xij. q. i. habebat. Tertio vtebatur loculis ad dandum exemplum infirmis. vt. s. sepe dictum est. Quarto vtebatur ad dandum exemplum perfectis: vt p tpe tribulationis loculos habere possent. vt. s. patuit fm Beda. et bursarios quū per loca in hospitalia transirent. Et nulla istarum causarum arquit ipsum habuisse dñiuz aliquid in pecunia; quia de alieno potest quis sustentari et aliena distribuere. sicut de oībus istis. s. longius copiosissime dictum est in. q. simplex facti vsus. in c. lvi. cum quinq. s. subsequentibus postris sub suis c. x. f. in. s. hoc autē preceptuz. ver. sicut ergo vna causa. in c. lvi. Nec ad hoc obuiat Jo. xiiij. q. omnia dedit ei pater in manu: sic videtur qz omnia in eius dominio fuerunt. qz sicut dictum est. omnia extant in manu eius iure naturaliter vel vniuersaliter dominantis: non in speciali vel in cōi pticulariter iure pprietario possidentis. Predicta de intellectu euangelii de paupertate loquétis et de vsus separatione in religiosis a proprio quo parent: intelligo saluo intellectu institutionū dñi nostri dñi pape Joan. de ista materia loquentiū quibz sto: et cuius correctioni cōmisi in princi. istius operis. in medio. hic. et in fine hoc opus. Facta utili digressio ne. a. s. porro omnis religio. hucusq. de perfectione euangelica ch̄risti et apostolor: et fratrū minoror regula et declarationibz eius. Nūc ad materiā de qua incep. s. s. nūc vero ad religiosor. in c. liij. s. de religiosorum vitis, et primo de proprietatis vitio redeam.

Qualiter offendat religiosi in proprietate. Buo has bet paupertas voluntaria sequentiū ch̄im. Cap. 64.



In religiosos auri cupidos.

Adhuc petita venia a dominis religiosis: de quo numero indignus ego sum: pro eoz et mea utilitate, et quia est posteris plurimum profuturum: de eoz statu et defectibz latius scriptabo. Et quia in preal. s. nunc dūt in vitiis proprietatis in ingressu religionis: nūc dicenduz quo offendunt in eodē vito in progressu. Nā istius tpis hypocriticalis nostri regulares aliqui presertim mendicantes, qui arctius paupertate seruare tenentur. extra de excel. prela. c. pen. et si. in multis in ista proprietate offendunt. Tum primo quia ultra veras necessitates, et si frequenter non habeat: res tuū mundi et maxime pecunias habere cupiunt et intendunt. Unde auaritia dicitur ab aue. i. cū pio. vel ab auro et sitio: quasi aurum sitiens. Ad hoc xlviij. di. sicut hi. xiiij. q. iiiij. quid dicā. et j. q. i. s. ex his. ibi. Crassus aurum sitiuit: et aurum bibit. Unde nō sunt pauperes spiritu. i. voluntate. Matth. v. Beati pauperes spiritu. vbi Hiero. Qui. s. propter spm scm voluntate sunt pauperes. Alij pauperes et si frequenter sint rebus pauperes: non abiiciunt tuū diuitis voluntate. vt dicit Daniel in collatione sua que est. iiii. lib. collationū Jo. cassi. Et de talibus dicit Climacus in gradu. xv. de auaritia. i. tit. de celesti cursu paupertatis. Qui est irrationabiliter. i. inuoluntarie pau-

per et indiscrete: editur in duobus: quia a presentibz est abstractus et elongatus: et priuatus est a futuris. Et fin Hiero. contritione dupli conteruntur: et presentis egestatis et future. Hiero. xvij. fm enim Bern. sermone. clj. Buo habet paupertas voluntaria sequentiū christum: afflictionum. s. et vilitatez. de quibus ps. cxvij. Vide inquit humilitatem meaz et labore meuz. Et propterea in terra sua duplicita posidebūt. Esa. lxij. vt pro pudore sit honor: iudicarie potestatis. pro labore refrigeriūz placidissime sessionis. Un Job. xxvj. Judicium dedit pauperibus. Matth. xix. Vos qui secuti estis me tc. et Grego. Quisquis diuini amoris stimulo incitatus hic postesta reliquerit: in iudicio proculdubio culmen iudicarie potestatis obtinebit. Sed multi religiosi nostri temporis neq. viles apparere appetunt: nec penuria sustinere. contra quos Bern. super illud Mat. v. Beati pauperes spiritu. Sunt qui pauperes esse volunt: eo tuū paecto vt nihil eis desit. et sic diligunt paupertatem: vt nullā inopia patientur: nec vilificari, sed glorificari appetunt. Unde tales a dño odiuntur: qz odit deus inter illa tria superbum pauperem. Eccl. xxv. Tuz secundo quia sicut habent tales mente auarā: sic quū offeruntur vel dentur superflua: recipiunt. et diversis modis et ingenis aurum extorquent a barbaris. C. de commer. et merca. l. ij. et extra de pe. et re abusionibus. Et reuera nunqz tales cōiter satiant. vt in cle. xiiij. q. iiiij. quid dicā: qz habet animas calidas quasi ignis ardentes: nec extinguitur donec deglutiunt. Eccl. xxvij. Greg. Auaritia desideratis rebus nō extinguitur: sed auget: more ignis cuius flama ex lignis adiectis videtur comprimi: sed paulo post cernitur dilatari. Vt tales religiosi mendicantes, sunt pauperum qui vere indigēt necatores. Eccl. xxvij. Paniis egentium vita pauperis est: qui defraudat illum hō sanguinis est. c. ad hoc. xiiij. q. iiij. qui oblationes. i. z. ij. xij. q. iiij. qui abstulerit. et c. amico. sub. c. gloria epi. Tales etiam fures et latrones sunt. quia fm Hiero. Alienā rapere conuincitur: qui vltra necessaria sibi retinere probatur. xlj. di. s. j. versi. quō. et preal. c. sicut hi. extra de resti. spolia. sepe. Et fm Ambro. Qui accipit. et non indiget: rapit. Job. xv. Ignis deuorabit tabernacula eorum qui munera libenter accipiunt. Esa. xxvij. Beatus qui excutit manus suas ab omni munere. i. qō. j. sunt nonnulli. vbi verba Esa. per Greg. de triplici munere exponunt. lingue. adulatio nis. obsequiū. et cuiuscunq. rei tpalis. ad idē extra de simo. et si questiones. Et ideo dicebat beatus Franciscus verus et non fictus expropriatus et pauper. Nunqz fui fur et latro. i. de eleemosynis que pauperum sunt hereditas: semper minus accepi et me cōtingeret: ne defraudarentur alijs pauperes sorte sua: quia contrarium facere furtum esset. Contra tales Lue. xxij. Vide ne grauenē corda vestra crapula et ebrietate et curis huius vite. Quod exponēs Isaac in. j. sua collatione de oratione. vt legif in lib. collationū Joan. cassi. ait. Est notandum quibus ex causis grauari mentem dñs designauerit. Non enim adulteria. non fornicationes. non homicida. que mortalia esse nullū ignorat. xxv. di. s. criminis. ver. ea deinde. et extra de iure in ran. et si christus. sed crapulā posuit et ebrietate et curas seculares: que intauit ne mo hominum huius mundi canet: aut damnabilia iudicat. vt etiam nonnulli (quod pudet dicere) se metipso monachos nuncupantes iisdem ipsis distinctionibus velut innoxijs et vtilibus implicetur.

Nam q̄ seculares cure cadere in nos religiosos nō nūc possint certa & manifesta ratione monstratū est fī regula seniorū: qui quicquid necessitatem vi-
ctus quotidiani & inenitabilez vsum carnis excedit: ad secularem definierunt curam & solicitudinē perti-
nere. vt verbi gratia. Si quum possit operatio vnius
solidi necessitatem corporis expedire: ad duorum vel
trium solidorū acquisitionē nosmetipsoz propensio-
re velimus opere & labore aut habendi solicitudine
& cura distendere. Et quum diuarum velamen suffi-
cit tunicarū. Mat. x. ad vñz. s. noctis & die: tres vel
quatuor fieri procuremus. Quumq; vnius vel dua-
rum sufficiat habitatio cellularū: ambitione seculari
atq; amplitudine delectati quatuor seu quinq; cel-
las & easdē exquisiti ornatus & capaciores q̄ v̄lus
desiderat, extruamus: passionē libidinis mundialis
in quibus possumus preferentes: quod non nisi in-
stinctu demonum fieri manifesta nos experimenta
docuerunt. & paulopost. Et idecirco moribū ambitus
secularis nostris mentibus non inesse, non vtiq; tm̄
eoꝝ ignotoꝝ abstinentia comprobabit: q̄ etiā si, veli-
mus explere non possumus: neq; illarum rerū aspe-
ctus quas si affectauerimus, taz apud spirituales vi-
ros q̄ apud seculi hoſes notabiles prima facie red-
deremur: sed etiā quum illa q̄ nostre suppetunt pote-
stati: & honestate quadā v. denf obnubi: rigida men-
te respuimus. Et reuera non minus hec q̄ minima
vident: queq; ab ijs qui nostre professionis sunt cef-
nimus indifferēter admitti: pro qualitate sua aggra-
uant mentē: q̄ illa maiora que fī suum statuz secu-
lariū sensus ineptiā consueverunt: non sinentia
deposita feci terrena ad deum in quo semper desixa-
dū esse intētio monachi, respicere: cui ab illo summo
bono vel parua separatio mors presens ac pernicio-
fissimus interit⁹ est credendus. hucusq; verba Isaac
qui etiā in eadē collatione de hm̄i superflua secula-
ri cura tale ponit exemplum religiosis perpetuo res-
cordandum. Nā quidā probatissimus seniorū quū
transiret iuxta cellā cuiusdā fratrib; hac aī quā dixi-
mus egritudine laborantis: vt pote qui extreuidis
reparandisq; superflui inquietus quotidianis di-
stentionibus insudaret: & eminus conspergit eum
graui malleo sarcum durissimū conterente: vidissetq;
ethiopē quendā. i. demonē adstante illi: & vna cum
eodē ictus mallei iunctis consertisq; manibus illi-
dente: eūq; ad operis illius instantiā ignitis fascib;
instigante diutissime substitit, vel impressionē durissi-
mi demonis vel fraudē tante illusionis admirās,
quum enim nimia lassitudine fatigatus frater reges-
scere iā finē q̄ operi voluisset imponere: instigatione
illius spiritus animatus iterū resumere malleū, nec
desinere ab intentione cepti operis v̄gebaturata vt
eisdē eius incitamentis infatigabiliter sustentatus
tanti laboris non sentiret iniuriā. Tandē igit senex-
tā dira demonis ludificatione permotus ad cellam
fratrib; divertit: salutansq; eū quid inquit est fr̄ istud
opus quod agis? At ille, laboramus ait contra istud
durissimū sarcū: vixq; illud potuimus aliquā p̄terere.
Ad hec senex. Bene dixisti, potuimus. non enim so-
lus eras quum illud cederes: sed alius fuit tecū quā
non vidisti: qui tibi in hoc opere non tā adiutor quā
violentissimus impulsor adstabat. hucusq; Cassian.
Addē hic quod scripsi. s. in. S. labor autē. in fi. in. Ij. c.
De religiosis etiā istius tpiis multis satis illud com-
petit Baruch. iij. Argentū & aurū thesaurizant: & nō
est finis thesauroꝝ eoꝝ. Nā neduz inter monachos

sed inter mendicantes aliqui maxime prelati & lite-
rati inter eos summas libroz pannoꝝ & suppelleci-
lium habēt: & ducunt scrinia magna & capsas: nedū
cōtra euangeliū perā. Lyc. xxij. Et eoꝝ celle nō pa-
perū domūcule & tuguria & diuersoria videntur: sed
mercatoꝝ camere & pontice & speciarioꝝ aposthece &
enthēce. contra illud canonis entheca habere nō lž.
& loquitur de religiosis. xij. q. o. i. nolo. Quicqd quasi
preciosum habere possunt: reponunt non in celis.
Mat. vij. sed vbi fures effodiunt & furant: & tineā de
molif. Multoꝝ suppelletilia religiosoꝝ plus con-
stant ad portandum: quum se mutant de loco in lo-
cum: q̄ valeat quicquid in mūdo antea possidebat.
Nummos & pecunas tantas quidā mali religiosi
habent: quantas habere possunt: immo nedum in
vno loco quidā eoꝝ, sed in locis diuersis scrinia & ar-
maria tenent. Contra quos oēs predictos Jo. cassi.
in. iij. lib. de institutis renunciantiū ait de illis san-
ctis monachis egyptiis inter quos nullum peculia-
re opus a quoq; penitus affectat. Quumq; totā en-
theca cenobij suā credit esse substantiā: ad retinēdā
nihilominus arrepte nuditatis virtutē quaz studet
ad finē perfecte inuolabiliter custodire: ita semetip-
sum quisq; a cunctis extraneum & ex oībus iudicat
alienū: vt tanq; peregrinum le gerat: alumnūq; se
potius monasterij reputet ac ministrum, q̄ dñi cu-
iusq; rei presumat. Ad hec nos miserabiles quid di-
cemus: qui in cenobijs commorantes, ac sub abba-
tis cura & solicitudine constituti peculiares circum-
ferimus claves: oīq; professionis nostre verecundia
& confusione calcata, etiā annulos quibus recondi-
ta presignemus in digitis gestere palam non pudet:
quibus non solum cistelle vel spore, sed nec arce qui-
dem vel armaria ad ea que congerimus vel q̄ eges-
si de seculo reseruauimus condēda sufficiunt. Quiq;
ita nonnunq; pro vilissimis nullisq; rebus in irā ac
cendimur: eas dūtaxat velut proprias vendicantes
vt si quis vel digito quicquid ex ijs contrectare pre-
sumperit: tanta contra eum iracundia inardescam⁹:
vt cōmotionē cordis nostri ne a labijs quidē ac tota
corporis indignatione reuocare possimus. hucusq;
Joan. Contra quedam sic peculiaria possidentem
ait sanctus Basilius. Et senatorē inquit Syncle-
ti perdidisti: & monachum non fecisti. vt narrat ibi-
dem Joā. cassi. Sed contra hoc dicunt multi ex tali
bus regularibus tepefacti q̄ talia oīa etiā superflua
tenent de suoꝝ licentia prelatoz. Ad quos respōdeo
q̄ prelati simplicium & claustraliz regularium ad-
ministrationes non habentiuꝝ non possunt cum ta-
libus q̄ habeant & vtantur superfluis dispensare: q̄
istud non est dispensare vel rectam licentia dare, sed
dissipare: q̄ dispensatio est discreta pensatio necessita-
te vel utilitate suadente. j. q. vij. S. vbi rigor. vbi de
hoc. cum. c. sequen. Quum enim quilibet religiosus
victu & vestitu debeat esse contentus. j. Timo. vij. vt
superius est probatum. xij. q. i. clericus. c. eps. c. habe-
bat. q̄o contra iura & eoꝝ regulas potest cum talib;
bus in tali auaritia dispensari: nā vbi peccatū iplica-
tur licentia vel dispensatio non habet locum. arg. di.
vij. que contra. z. xij. di. S. pri. cum cap. sequen. & de
iure iurā. etiā christus. S. quedam. Unus enim in cō-
gregatione debet esse prelatus: & ille cui committit:
qui bona monasterij aut illius religionis debet di-
spensare priout vñicuiꝝ opus fuerit. vt. xii. queit. pri.
cap. ii. cap. quia tua. c. scimus. xvij. q. ii. nullam. & cap.
abbates. Et q̄ in hoc prelati dispensare nō possunt

cum suis religiosis subditis super peculio habendo vel proprietate, expressum est in concilio Lateranensi. extra de sta. mona. c. ii. §. qui vero. t. c. cum ad monasterium. §. si. t. maxime in pecunia ad libitum monachi expendenda: nuncq; salutifera esset dispensatio: quia in pecunia magis inest quedam species proprietatis q; in alijs rebus. Unde magis denominatur peculium de pecunia q; de alijs rebus: quamq; non men pecunie quicquid habent homines comprehendat. j. q. iij. totum. t. arg. ad hoc extra de pigno. c. vlt. lxxvij. di. ejcens. palea est. Unde quāq; possit prelati dicere suo subdito religioso. Be pecunia tibi data vel quam tibi de monasterio do vade eme tibi habitum vel tunicam, vel calciamenta, vel alia necessaria sicut in presenti indigeret: non tamen poterit ei dicere. Concedo tibi tot florenos vel tantā pecuniā vt expendas sicut tibi placuerit: vel vt dones ea cui vis: quia hoc est proprie in proprio dispensare: quia illa pecunia que vnu consumitur donataria efficitur: quod esse non potest. vt preal. c. de pigno. c. vlt. t. pal. c. de sta. mo. c. ii. t. c. cum ad monasterium. Nec potest abbas a se excutere ingum dispensationis reru monasterij que sibi competit de iure: vt alius eius subdatus sit suipius t. dispensator: nisi esset cellararius vel alia persona cōis que loco abbatis cōia dispelaret: quia hoc non esset vinere in cōi sicut habent viuere religiosi. vt in preal. c. dilectissimis. xij. q. i. vbi dicit. Et dabatur vnicuiq; prout opus erat. q. d. a. preposito vel abbate. tunc a. viij. diaconibus ad hoc electis. Act. vi. sed seculariter viuere. vt hec sunt expies. xij. q. i. non dicatis. Unde pessima consuetudo quoundam monachoz est t. alioz mendicantium t. proprietatis nutritiua. q; q; debent indri: dantur eis certe pecunie a prelati: vel tenentur eis dare certam pecunie quantitatē annuatim pro indumentis t. calciamentis t. alijs necessarijs: quam postmodum expendunt t. dant t. reponunt pro libito volūtatis: t. efficiuntur proprietarij. Unde deberent eis dari t. alia necessaria fm indigentiam vniuersitatis: non pecunia. vt preal. c. dilectissimis. Nec religiosas debet recipere quasi pro sua prebenda determinata tunicam vel vestem non necessariam: quia tunc superfluum recipiendo quasi furtum videtur committere. vt superius est probatum. nec talis cōiter viueret. vt est expressum. xij. q. i. quia tua. t. §. de rebus vero ecclesie. qui. §. si loquitur de religiosis: ad literā dī intelligi. si de clericis secularibus qui nō sunt adstricti viuere in cōi: h̄ locum sequens. §. Gratiani. si ergo res ecclesie. quia habenti dare esset perdere. j. q. iij. pastor. quod. c. cum precedentibus. ca. multum facit contra religiosos pannis multis t. rebus superfluis suffarcinatos: quia nihilominus vestimenta nō necessaria vel pecunias recipiunt quolibet anno a cōitate: quia sacrilegium t. grande peccatum committunt suum alijs profuturuz cōitabibus t. ecclesijs auferentes: t. homicide reputantur. xij. q. i. predia. t. c. qui abstulerit. t. xij. q. i. qui oblationes. j. t. i. in fin. ibi. Ecclesiam vero fraudare sacrilegium est. Et si. c. pastor. preal. cum alijs preced. loquatur in clericis secularibus multo potius in religiosis, qui strictius debent viuere, habet locum. Et eadem est ratio in utrisq; ergo idem ius. extra de confir. vii. cum dilecta. Si aut in predictis non possunt dispensare prelati cum suis subditis religiosis: multo minus q; habent specialiter redditus vel prouentus, vel vnufructum in aliqua terra vinea, vel domo, vel sylua: quia

omnia talia monasterio cedunt post professionē. xij. q. i. per latū. t. no. xxvij. q. i. de viduis t. puellis. in gl. de proba. cap. in presentia. potest ergo. in additione Bar. que incipit. Credo. t. plenius. xij. q. vlti. in. l. si qua mulier. in gl. q; si habent. in fi. ibi. quid si ingrediens. Dispensare etiam in hoc vel licentiam dare, esset eis licentiam dare q; non viuerent in cōi: quod facere nō possunt. saluis ihs que leguntur t. no. extra qui cleri. vel vo. c. vlti. in gl. ergo non erat. t. preal. c. de viduis. Si in predictis prelati dispensare nō possunt cum suis subditis: quid dicemus de pseudo religiosis qui faciunt cum rusticis laboratoribus sociates bestiarum: que vocantur Socheta in vulgari: qui etiam dant pecunias suas mercatoribus ad partem lucrī: qui etiam faciunt massaritias suas ad partem t. lucra sua nefanda: t. licet sub vno tecto viuant cum alijs: non tñ cōiter viuunt in refectorio: t. vix in choro: nec in labore manuuz, sed per se vel cum vno socio, vel vna monacha cum alia sua socia non cum cōitate ducent cōiter vitam suam? Hico q; tales coram deo t. coram ecclesia cum tota de facto tolerantia superiorū fractores sui voti sunt. t. in proprio vere viuunt: t. toti mortui sunt: quia hypocrite sunt: t. melius fuisset eis in seculo cum rebus proprijs, q; in ordine remansisse: q; malum est cadere a proposito: sed peius est simularē propositum. Si non seruat foris: auctoritatem: dimidiū cecidit. si intus habuit simulationem: totus cecidit. xij. q. i. certe ego. t. cap. scimus. Adelius est habere claudos: id est nō professos secularis, q; plangere mortuos. Quicunq; enim hypocrita est: mortuus est. xij. q. i. nolo. super quo verbo mortuos dicit ibi gl. id est qui renuncianerunt p̄ prijs: t. tñ volunt habere proprium. Preter id autē quod dictum est de pecunia possunt subditi religiosi de licētia superiorū suorū tenere libros t. res alias necessarias ad vnum suum. vt no. xij. q. i. non dicatis. in glo. nunquid. sed non superflua: vt superius est p̄ datum. Quicq; superiores contra predicta faciūt: cum suis religiosis subditis contra deum faciūt: nec dispensatio nec licētia illi cui data est t. facta eū tuet: sed tales prelati vel ignorantē dispensant: quia ceci sunt t. duces ecor. Luce. vij. Mat. xv. extra de era. t. quali. cū sit. Et ideo tales subditi non sunt tūti tali dispensatione. vt scribit Bernar. ad Robertum monachum t. consanguineum suum. Immo tales prelati permittunt eos habere talia vel potius dissimilant: q; ipsi in eadem damnatione sunt quam dispēsant: sed quod permittimus inuiti toleramus. xij. q. i. hac ratione. t. di. iij. deniq;. Si dicatur q; oēs quasi religiosi sic viuunt cum sua proprietate permissa respondeo cuj Augu. q; non minus ardebunt qui cū multis ardebunt. iij. q. i. multi. in fi. t. opti. c. di. viij. q. i. p̄ tra mores. Et multi sunt vocati: pauci electi. Mat. thei. xx. Adde hic quoc scripti. s. in hac secunda parte. in. §. qui autem. ver. xvij. t. in additione ibi que incipit. non potest in c. xxij. Tum etiam tertio apparet quorundam talium proprietas: q; autoritate p̄ pria emunt t. vendunt t. donant: t. alios contracie qui ad veros (vide quod scripti. j. §. porro. ver. t. q; vt sepe. in. c. lxvij.) dominos pertinent celebrat. contra id. liij. di. abbati. xij. q. i. non dicatis. t. alia iura superius allegata. Nam multi eorum libros t. supellectilia congregant: vt tempore infirmitatis, vel vagationis per mundum, vel alias sine causa possint ea distrahere. Quidam etiam eorum parentibus nō pauperibus extorta a prelati licētia potius q; ob-

tenta

tenta dant res et pecunias quas habent ad vsum et
pro suis necessitatibus. Quidam libros scribunt et
vendunt: et libros emunt et vendunt carius: et alia
opera faciunt que distrahit pro libito voluntatis.
ut potius mercatores et negociatores quam religiosi vi-
deantur. Faciunt etiam se proc uratores et aduoca-
tos et defensores in curiis forensibus: et dispensato-
res in curiis domini. contra oia iura. lxxviii. di. ei. ci. es
palea est. xv. q. ii. c. j. cum. s. sequen. xv. q. j. qui vere. c.
monachi. h. c. de presentium. ybi de hoc. et. c. sunt non
nulli. extra ne cle. vel mo. per totum. extra de postu. ii.
cap. Mutuant etiam sibi adinuicem pecunias: et fa-
ciunt aliqui in studiis et in suis forestariis expensas
nendum non necessarias nec utiles. immo superfluas
et voluptuosas: enceniantes sibi adinuicem et prela-
tis et pictantiantes de emptis de pecunia quam te-
nent: et libros delicatos scribi facientes: perlis et au-
ro et argento eos munitentes et cooperientes: ocalia
ementes: corallia et cultellos cum manubriis de ar-
gento et de ebore: et pater noster preciosissima de co-
rallio que sufficerent reginis: cu quibus paru exau-
dit orantes huimodi pater noster: pannos delicas-
tos et molles ementes: quia mollibus vestiuntur: qr
regales sunt. xxij. q. iii. c. j. Mat. xij. xlj. di. parsimonia
non viles. contra eoz regulas. ementes superfluos li-
bros et duplicitos habentes: per mundum vagates
cum bursis plenis et in hospitiis et in tabernis volu-
ptuose expidentes. xliij. di. non oportet. et. c. clerici.
edificia adornata et superflua cum celaturis et pictu-
ris preciosissimis fabricantes: ac si deus in auro et pi-
cturis et politis marmoribus excolatur. contra id. xij.
q. ii. gloria epi. Et (quod deterius est) aliqui eorum
encenia care empta libros et pannos et nudas pecu-
nias prelatis et alijs qui eos possunt ad officia pro-
mouere indebite largientes: ita qd sepe pecunias qd
dicunt se pro eoz necessitatibus a prelatis concessas
per eos et eoz mandato non pro necessitate vera. sed
fictitia dispensant. contra oia iura et eoz regulas ne-
cessarias eis expensas solummodo concedentes su-
perius allegatas. xliij. di. comessationes. xvij. q. j. mo-
nachii vagantes. extra de offi. ordi. quanto. q. j. sunt
nonnulli. Si eniz moderate et necessarie et utiles ex-
pense et non superflue etiam secularibus concedunt
solummodo: multo potius superflue religiosis qui
strictius debent viuere. xvij. q. j. sic viue. interdicunt.
Ad hoc extra de dolo et contu. finem litibus. ybi de
hoc. et. c. seq. et de eo qd mit. in pos. cau. rei ser. c. pen. ybi
etiam de hoc. et extra de elec. vt preterite. ybi de hoc.
et. ii. q. j. in primis. in glos. de expensis. ybi de hoc.
Sedum enim vt profanum mendacium et hypocris-
sis. xxij. q. v. canete. xij. q. j. nolo. est maxime in religio-
sis mendicantibus exterius more pauperuz mendi-
care: et interius more diuitum affluere et delicate vi-
vere sicut ille diues epulo. Lvc. xvij. ybi Greg. in ho-
mil. super verbo. epulabatur quotidie splendide. Ubi
solerter intuendum est: quia celebrari conuicia sine
culpa virg possunt: pene enim semper epulas comita-
tur voluptas. Nam dum corpus in refectionis dele-
ctione resolutur: eo ad inane gaudiu relaxatur.
Pauperes autem vilibus debent esse contenti. xlj.
di. non cogantur. Iti etiaz religiosi qui sic nimis vo-
luptuose expedit pecunias eoz vobis deputatas:
vel in alioz vobis qd proprios expendunt: furtum
quasi committunt: quia contrectant pecuniam inui-
to domino in alios vobis qua fuerit concedentis volun-
tas. Furtum enim est contrectatio rei alienae inuito
dno. insti. de obli. que ex delic. nascun. s. furtum. et ex-
tra de elec. dudum. ij. s. j. ybi de hoc. in gl. simile. Ali-
qui etiam religiosi le mendicos singentes contra il-
lud quod dicit Augu. Ulcerosi se medicos iactitant:
nil vel paru in physica scientes: licet in ea aliqua
liter studentes vt lucentur pecunias et secularibus
adulentur: multos decipiunt et in periculo irregula-
ritatis se ponunt: et ex istis lucris proprietarij sunt. et
contra iura in tali scientia prohibita eis student: et
fm hoc excōicationem incurruunt de mente capituli
extra ne cle. vel mona. non magno. vt ibi not. et facit
eo. ti. c. fin. et. c. j. lib. vi. faciunt ad hoc extra de etate et
quali. ad aures. et de homici. tua. et hic vide quod scri-
psi. s. eo. s. vi. de abbatibus. versi. xij. et in additio-
ne ibi posita in c. xv. Tum etiam quarto proprie-
tarij sunt religiosi nostri tuis multi: quia vsum rerū
sibi appropriant sicut si res eoz essent proprie. Et sic
isto modo proprium potest dici in vsl. i. abusu: quia
abusus est malus vslus. extra de rescrip. sedes. et. cap.
nonnulli. et extra de consue. ex parte. et vide quod scri-
psi. s. eo. s. Item qd simplex facti vslus. in ver. item di-
cere. et in additione ibi posita que incipit. notat etiā
Arch. in c. lvj. sicut in alio proprio. contra illud. c. xij.
q. j. dilectissimis. et. c. res ecclesie. et. xij. q. j. s. his ita.
Nam appropriant sibi loca vt vir forensem fratrem
nisi sit eis nimis utiles velint subsistere qd sit de fa-
milia. Semper volunt in locis proprijs commorari:
vt proprie dicatur eis illud ps. xlviij. Vocauerunt
nomina sua in terris suis. Libros et res alias qbus
non vtuntur: aut senio: aut infirmitate grauati: aut
quia tunc in eis studere non habent: aut qd vadunt
alio: et ibi libros et res dimittunt sub sua clausura: aut
quia eos duplicitos habent: suis fratribus presta-
re nolunt: et sic vere sunt proprietarij: et peccant mor-
taliter. Nam ex quo libro vel re alia religiosus non
vtitur in presenti: vel in proximo modico no vslus
est: ille liber vel res. i. eius vslus cōperit alteri religio-
so volenti vti: qr vslus cōis est. vt prealleg. c. dilectissi-
mis. Nec prelatus posset alteri religioso vslum alicu-
ius rei alteri subdito suo concedere nisi eo indigue-
rit vti: alias faceret eum proprietarium in illo vsl:
quod non potest facere. vt superius est probatum.
Contra hmoi tales sibi appropriantes res cōes lo-
quitur Baniel in collatione. iij. in libro collationū
Jo. cassi. dicens. Nam illud ridiculum qualiter ex-
primatur: quod nonnullos post illum prime renun-
tiationis ardorem. quo vel res familiares vel opes
plurimas ac malitiam seculi relinquentes semetip-
pos ad monasteria contulerunt. tanto cernimus stu-
dio in ijs que penitus abscondi non possunt: et neq;
queunt in hoc ordine non haber: quāvis parua vi-
liaq; sint. esse deuinctos: vt horum cura pristinaruz
omniuz facultatum superet passionem: quibus pro-
fecto non magnopere proderit maiores opes et sub-
stantias contemptisse: quia affectus earum ob quos
ille responde sunt: in res paruas atq; exiguae tran-
stulerunt. Nam vitium cupiditatis et auaritie quod
erga species preciosas exercere non possunt: circa vi-
liores materias retinentes, non abscondisse sed com-
mutasse se probant pristinam passionem. liij. di. legē.
Nam nimia deuincti diligentia erga curam p̄fici
vel sestorū sportelli sacelli. codicis sudarij atramen-
tarij aliarumq; similium rerum quāvis vilissimaru,
eadem tñ qua antea libidine detinentur. Que etiaz
tanta emulatione custodiunt atq; defendunt: vt pro
ipsis commoueri aduersus fratrem eos (et quod tur-

plus est) litigare nō pudeat. In quibus adhuc egri tudine cupiditatis pristine laborantes, hec eadez q̄ v̄slus corporis possidere monachuz vel necessitas cogit fm numerum mensuramq̄ cōem non sunt habere contenti. In hoc quoq; sui cordis avaritiam des gnantes:quum vel ea quibus v̄ti est necesse, propensius student habere:q̄z ceteri. Vel excedentes diligētie modum,peculiarius ea attentiusq; custodiunt: z ab aliorum v̄slu z contrectatione defendant:que vniuersis fratribus debent esse communia.xii. q̄.j. c.ij. quasi verbo differentia metallorum z non ipsa passio cupiditatis habeatur in noxa:z pro rebus quidē magnis irasci non liceat: pro vilioribus vero rebus hoc ipsum fecisse sine culpa sit:z non idcirco preciosiores abiecerimus materias vt facilius coniunire vilia disceremus. Quid enim differt vtrum quis perturbationes cupiditatis erga opes magnas z magnificas,an erga species exerceat viliores: nisi q̄ in eo reprehensibilior iudicandus est q̄ qui maxima spernit minimis obligetur? Ideoq; perfectionē cor dīs abrenuntiatio talis non obtinet:q̄ quū censem habeat pauperis:non abiecit diuitis voluntatē. hucusq; Daniel. Audiui q̄ quum quidam religiosus a quodam alio accommodari sibi acuz petiſſet:ille noluit sibi prestare nisi petens pro pignore forfices sibi daret: sed quum casu acus fracta fuisset: nunq; ille frater forfices sibi reddere voluit anteq; ille frater acum sibi aliam procurauit. Et ideo dicit lex q̄ fur tum ēt cōmittit in re parua:q̄ mens z affectus furātis considerat. insti.de rerum diui. S. gallinarū. xiiij. q. vlti. furtum. insti.de v̄slu. S. item si is. l. dist. qui lac cum:z facit quod legit z not. extra de simo. ex tue. in glo. j. In delictis enim voluntas attendit: non effec tus de peni. dist. j. si quis non dicam. t. c. quisquis. t. c. si quis cum telo. cum. c. t. l. preced. z sequen. vſq; ad. S. e. S. Immo (quod nefandus est) aliquoties de malis religiosis contingit q̄ si frater h̄z aliquos homines sermones: vel bonam apostillam vel librum a lium specialem vtilem vel deuotum: quamquam ibi tunc studere non habeat aut per eum predicare: volenti tñ z debenti predicare: aut causa edificationis sue ibi legerenon solum pretextu avaritie passionis sed etiā inuidie non prestabit: non attendens talis religiosus habitu z non corde nec opere: quia charitas non emulat: non querit que sua sunt:led emulat proximum dei emulatione. j. ad Cor. xiiij. t. x. c. xlviij. dist. scimus. viij. q. j. sunt in ecclesia. Cōtra tales Gre. Prostra sunt que amamus in alijs:z amantiuſ fiunt que amantur in nobis. Hinc pensent inuidi quante virtutis est charitas que alieni laboris opera nostra sine labore facit. Tum etiā quinta species proprietatis est in religiosis quibusdam: quia sicut proprietarij sunt corde multi ex eis: ita z ore: q̄ vbi est thesaurus eoz:abi est cor z os eoz. Mat. vi. Et ex abundantia cordis. Mat. xij. os loquitur. Frequenter. n. de pecunia z denariis loquuntur: contra quos. xvij. q. j. si cupis. In curis etiā iudicialibus sunt. crebro pro pecunijs litigantes: contra illud. viij. q. j. S. j. vbi de hac:z per Inno. extra de re iudi. c. j. a. a. a. cōtra illud quod dicit apls. Quare non magis fraudē patimini. j. ad Cor. vij. Immo quicunq; experient: reddit testimonium q̄ fortiores z insolentiores litigatores sunt quidam religiosi:q̄z secularares: q̄ nobilis materia quum corrumpit: deterius corrumpit q̄z vilis. c. xlviij. dist. quantumlibet. Sicunt ēt meus liber: mea cella: mea tunica: non attendētes ceci nec

verecundantes: quia meum z tuum in proprietates sonat:vt preal. c. dilectissimis. z. xiiij. q. j. S. his ita. z distin. viij. quo iure. legit z no. in glo. hec. verba. Unde Joā. cassi. in. iii. lib. de instit. renuntiantum: ait. Nec verbo audet quis etiam dicere aliquid suum: magnumq; sit crimen ex ore monachi processisse: codicem meum: tabulas meas:z similia: proq; hoc digna penitentia satisfacturus sit: si casu aliquo huic modi vel v̄lum de ore eius effluerit: hucusq; Joan. cassia. In ordine etiam v̄nus litigat contra alium aliquando pro v̄slu rerum quibus utuntur: de v̄slu ppriū facientes: vt superius est probatum: Propter quod frequenter se ad iniurias prouocant z odia: que ex avaritia nascentur: vt superius est probatum: cuius filia est proprietas in malis religiosis. Uncle Sene ca. Quietissimam vitam ducerent hoīes si hec duo tollerentur de medio: meum, z tuum. Tum ēt sexta species est proprietatis talium maloz religiosoz: q̄z quum prelati volunt eos removere de locis nativis vel aliquid eis auferre de ihs superfluis que habent ad v̄lum suum: nullo modo habent pacem, sed cum prelatis contendunt: eos persequuntur: contra eos murmurant: coniurant: faciunt per superiores prelatos, vel (quod deterius est) per seculares eoz renovari obedientias z precepta, z sic nolunt q̄ prelati de eoz rebus se intromittant: nec quasi de locis nativis eoz: contra illud. xij. q. j. non dicatis. Contrectat etiā tales res cōes: quas sibi appropriant: non permittentes eas per suos prepositos dispensari: z sic furtum committunt: vt superius est probatum. Quislibet enim prout cōiter talium rerum cōium dispen satorem se facit: sicut faciunt seculares. Tales ergo religiosi non sunt egressi de terra sua z de cognatione sua, contra illud Ben. xij. quod dictuz fuit Abrae in persona religiosoz. Egredere de terra tua z c. sicut ēt pot exponi illud Mat. xij. Mar. vi. Jo. viij. Lu. viij. Nemo acceptus religiosus (subaudi deo) in patria sua. Faciunt etiā contra illud quod dixit Hie remias in persona dñi z sequentium eum Hiere. xij. Reliqui domum meā:dimisi hereditatem meaz z c. Et iterum Hiere. xlviij. Relinquite ciuitates habitatores Zhoab, z habitate in petra z c. Et Isidor⁹ ait. lxxij. dist. valet. Valed intercum conuersis pro salute anime mutatio loci: Plerumq; enim duz mutatur locus: mutatur mentis affectus.

In predictis appropriationibus eti multū offendant oīs religiosi cōiter: maxime tñ caueant sibi fratres minores: qui nec in speciali nec in cōi possunt proprium possidere: vt lepissime. S. allegatū est. Qui etiam non solum promittunt sine proprio vivere: h̄z promittunt etiam paupertatem: sicut in eoz regula continet, z extra de excē. prela. nimis prava. ibi. In arctissima paupertate ch̄isto pauperi famulentur. z in deere. eoz Exiit. ibi. Christi semitas arctius elegerunt: sed arctius non seruant aliqui ex eis. immo amplius abundant quidā ex eis: q̄z alij regulares: q̄z maiores: ad eos prout cōiter habetur deuotio populi: z ampli⁹ eis dat:z populi deuotio est eis preuaricationis occasio: q̄z eam in questum conuertunt. quicquid dicat eorum sancta z apostolica regula. Nec est celitudo altissime paupertatis. z apostol⁹. ij. ad Corinθ. viij. Altissima paupertas eorū abundauit in diuitias simplicitatis eorum. Quidam tamen eoru pauperes sunt sine defectu: z simplices cum multis malitia. quiz tamen paupertati euangelice fm Am brosum. vt dictum est. penuria sit annexa. Pauperes

Luius sit
pecunia fra-
tri minori
data.

res delicati: contra illud. xlj. dist. non cogatur. Pauperes mathematici in apparentia: non existentia. Pauperes spiritu: id est sine spū paupertatis. Queruntur talium promptuaria: enthece: libri, et tunice, loculi et alia suppellecilia eructuaria ex hoc in illud. ps. cxlii. si verum dico. Propter quod contra tales arguit papa Clemens in decre. Exiui de paradiso. de verb. signi. extra in clemen. qd contrarium faciunt ei qd promittunt. Nunqz n. dicunt quidam ex eis: satis est. xiiij. q. iij. quid dicam. Si queris cuius hodie erit proprietas rei date fratri minori. Respondeo olim erat dñi pape. excepta pecunia que secabat prodante vslq ad consumptionez: vt in decre. Exiit qui seminat: de verb. signi. in. vij. libro. Sed dñs papa Jo. xxij. reuocauit procuratores quos ordo habebat nomine Romane ecclesie institutos, nolens qd ab illo tpe aliquis in ordine nomine Romane ecclesie procurator possit institui. Renuntiauit. n. proprietati oium rerum quas fratres habent et eis dantur ad vsum: exceptis libris ecclesiasticis et paramentis: et locis: vt in sua constitutione continetur, que incipit. Ad conditorem canonu. Ergo necesse est. qd quum proprietas rei date apud fratres esse no possit: vt in preal. c. Exiit. et c. Exiui de paradiso: superius alleg. sit dantis, vel heredum eius: vel pauperum. quarū dispensatione habebit eps: qui est pauperum pater. C. de epis. et cleri. nulli. C. cōia de succel. aut. oēs vero. h. j. extra de su. e. cum sit. xij. q. ii. vulterrane. cum. iiiij. ca. sequen. qz in fratres minores dans transferre no potuit dominium cuius sunt incapaces: ergo remanebet apud dantē: sicut dī de pecunia in preal. ca. Exiit qui seminat. et c. Exiui de paradiso: qz non potuit sacere donator quin in sua donatione leges ecclesie et regula prohibentes fratres minores hē proprium etiā in cōi: vendicent sibi locum: ex de testa. requisi sti. cum simu. Adde hic qd scripsi. j. in. h. o. d. undit. ver. sed nec minimus an. cl. vj. Quicquid ergo rem dño cōcedenti et repetenti frater minor vel cōitas eoz non reassignaret, peccaret mortaliter: qz rem sibi appropriaret: et inuito dño rem alienam contrectaret: qd est furtum: vt superius est probatū. Semper. n. nomine dantis detentat frater minor rem. et ideo sibi eaz negare no potest. ex de resti. spolia. cum venisset. Unde et secularis non posset rem illam prescribere: quā alieno noīe possideret: ex de prescr. si diligent. et de hoc plene no. xvij. q. iij. cleric. Nec res assignata fratri minori de licentia prelati potest transferri in cōtatis vslus sine licentia concedentis: quia species furti est de alieno largiri. ss. de furtis. si pignore. h. j. Non petitur ergo licentia a prelato fratre minore a subdito suo fratre re indigente: vt propterea res illa in vslus transeat cōitatis: sed vt prelatus sciat et determinet cuius rei vslus suis subditus indigeat et quantū. Si aut concedens vslum rei communitati concedat: tunc prelatus hz videre quis ex suis subditis vslum illius rei magis habeat necessarium et illi dī concedere vslq ad arbitrium dñi principaliter concedentis. Ad hoc facit quod legitur in preal. decre. Exiit. et ad supradicta faciunt. ss. deposit. l. j. commo. rei com mode. extra de preea. c. iij. extra de commo. c. vnicor. Rerum. n. quibus fratres minores vtuntur detentores sunt. non proprii possessores. vt in iuribus pre alleg. et no. preal. c. dilectissimis glo. ergo aliquis. Non dicat ergo prelatus vel subditus in ordine fratum minor de brenario: vel veste. vel te alia quaz cūq concessa eoz cōitati vel singulari persone qz oī

Habeto illum semper non retro in humeris: sed ante pre oculis. vt portantes et non odorantes et onus premat et odor non erigat. Item de obedientia. s. Reg. j. Loquere domine: quod audit seruus tuus. Et Iacobus. Hunc quid vis me facere? Actuum. ix. super quo verbo Augu. Occisus agnus a lupis fecit agnos de lupis. Jam parat se ad obedientium qui prius seuerat ad persequendum. Item super illud Proverb. xv. Responsio mollis frangit iram: et lingua eucharis in bono hoie abundabit. Sanctus Antonius de ordine minorum ait. Rsisio mollis humili subdit frangit iram superbi prelati. Unde Proverb. xxv. Patientia scilicet subditi lenietur princeps. i. prelatus. xxxv. di. ecclesie. et lingua mollis veri. i. obedientis confringet duritiam. i. prelati austri. Ne coneris dicit sapiens Eccles. iii. contra ictum fluuij. i. voluntate prelati. i. humilia ei caput tuum. Verbum dulce multiplicat amicos: et mitigat inimicos. Et lingua eucharis. i. bone gratie in bono. i. subdito abundabit. Eccle. vi. vt dicit cum Job. xiiij. Vocabis me: et ego rido tibi. Rendet qui sibi precipienti ex aio obedit f. m. Antoniu. Itē. j. Bach. i. Ecce Simon frater vester: scio quod vir boni consilij est. ipsum audite semper: et ipse erit vobis pater. Simon interpretatur obedientis. Obedientia bonū est consilium. quod propriam voluntatem (que est via ad infernum f. m. Bern.) docet mortificare: et alterius voluntatem (que est via ad celum) adimplere. Unde Mat. xvij. Si quis vult post me venire: abneget semetipsum. i. per veram obedientiam et sequatur me. per penitentiam et conscientiam. Unde Greg. Sola obedientia est virtus que ceteras virtutes sibi inserit: insertaque custodit. Obedientia autem f. m. sanctum Climacum abbatez montis sinai, est anime proprie consummata abnegatio per corporum manifeste monstrata. Aut obedientia est perfecta corporis abnegatio per animam ex voluntate seruenter ostensa. Obedientia est f. m. eundem. mortificatio membra in viua mente et deliberatione. Obedientia est imperscutatus motus: spontanea mors: sine curiositate vita: absque cunctatione et solitudine periculum carentia timoris mortis; absque detimento naufragium: dormiens vie per agratio. sicut enim dormiens quiescit a curis: nec curat de aliquo: ita qui vero obediens est, siue in mari nauigans vel incidens in latrones, de periculis non curabit. Nec precepta discerit. scit enim constanter quod in martyrium ei imputabitur quod superueniet periculum: eo quod obedientia sine discretione humane prudetie implevit. Est etiam obedientia perfecte assumpta perfecta omnibus presentium rerum obliuio: et a propriis naturalibus nobilibus verus recessus. Itē obedientia est sepulchrū voluntatis: resurrectio humilitatis. non contradicit aut discernit mortua in bonis aut in apparentibus malis. Qui precepit pie mortificat eius animam: et super omnibus satissaciens reddet rationem. Obedientia est depositio hesitationis et distinctionis in dimitiis discretionis. Qui enim in preceptis malis apparentibus sed simpliciter non malis ut peccatum, obedit, vere obediens est. sicut Abraham filium immolas. Gen. xxij. et alter cenobita ad preceptum abbatis illum in sumum projiciens. Divitiae vero discretionis in obedientia non discernenti sunt virtutes que consequuntur obedientiam non discernentem. sicut humilitas et patientia et alie virtutes. Initium autem mortificationis et membrorum et corporis et anime

et voluntatis labor et dolor. Medium vero quod est cum dolore: quandoque sine dolore. Finis vero in omnibus immobilitate de cetero est et insensibilitate doloris. Tunc inspicitur dolens et contristatus vivens mortuus. iste beatus quando seipsum propriam viderit voluntatem faciente proprii iudicij pondus timet. Quum subditus presidentem iudicat: nunquam versus erit obediens. In quantum enim pullulat ad placatum in corde subditi fides: intantum in ministracione corpus accelerat. Quando ergo tentatur subditus prepositū indicare: dicat serpenti tentanti. Non ego mei prioris, sed ipse mei suscepit iudicium. Beatum obedientiam patres martyrum confessionem exercere decreuerunt. Qui propter deum perfecte obedit perfecte se delicto suo exuit. si vero in quibusdam suā perficit voluntate: quis obediens appareat: ipse suū pondus portabit. hucusque Climacus. Sed nunquid solitarius et anachorite absque obedientia vivit? Quid ergo de Paulo primo eremita et Antonio, et Maria egyptiaca, Joanne baptista, et alijs sanctis innumeris anachoritis maxime in egypto? Sed respondendum est quod sublunt epis in quorum territorio succedunt. vt no. xvij. q. j. qui vere in glo. j. Sed et dicendum igitur proinde est quod qui perfecte carnem spiritui subiicit: et conscientie stimulum iudicem possidet: ei obedit nihil sibi de propria voluntate relinquens dominis preceptis obediens factus: ante quam visibiles obedientiam pertranseat: ad intellectualem pertinet: quod multum excedit visibilem: sicut anima corpus, et spiritus literam, et gratia euangelij legem, et gloria gloriam, et hanc illa substituit et commendabilem facit. Et per hanc obedientiam intellectualem sancti anchorite quasi angeli deo obediabant: solum celestia sapientes: quibus dignus non erat mundus. Heb. xij. Precedit ergo intellectualis obedientia visibiliter incomparabiliter. Et sicut sol stellas suo ortu occultat: ita intellectualis visibiliter. Quare qui intellectualem non possident: sed adhuc sub virtutis molestantur sine visibili: tanquam parvuli et sub nocte vitiorum proficere vel saluari non possunt.

De conscientia vtili, et plena doctrina. De medio tenendo, De spiritu sensualitate. Cap. 69.



Voniam ergo obedientia intellectualis diuina illuminatione perficitur: et conscientiam possidet in dicendum: videndum est quid est conscientia: contra quam agere est edificare ad gehennam. xxvij. q. j. s. ex his, et extra de resto. sp. literas, et de simo. per tuas. iij. Conscientia est diuine scientie motus et operatio cum nostra et in nostra scientia. Conscientia est scintilla diuini luminis, in hominie condito subseminalia a principio, quasi quedam cogitatio seruentior et illuminativa, verbum seu rationem lucis in se continens, et ostendens ei bonus a malo. Et hec vocat conscientia et lex naturalis. Hec est Isaac puteus, ut dixerunt patres, quem philistini demones repleuerunt caligine vitiorum. Gen. xxvi. Hec in evangelio. Matth. v. aduersarius dicitur, cui quadiu sumus in via debemus consentire ne moriamur. Consentimus vero ei dum eam custodimus, ad deum per fidem et obedientiam et amorem mandatorum, et proximum per pietatem patientiam humilitatem, ad nosipos per mortificationes sensuum, custodiam cordis et lingue,

Conscientie describitio.

z lingue, z odijum corporis, z omnium visibilium, z proprie voluntatis, ad materias z ysum reruz per temperantiam z sobrietatem, z earundem custodiā fidem ostendendo in eis: sicut in rebus sacris dñi reverentiam z seruitum. Dicta est conscientia: q̄suz scientia s. naturali diuina z scripta confirmata z conformata. Aut enim lege scriptaz per legem natu ralem menti a deo insitas se deo placentes referunt: que conscientia ab apostolo vocatur Ro. ii. vbi ait. Anum enim gentes que leges non habent natura liter ea que legis sunt faciunt: eiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis testimonium reddente illis conscientia ipsorum: z inter se inuicem cogitatio nuz accusantium aut etiam defendantium in die quū indicabit dñs occulta hoium ec. Unde conscientia signatur per lapideas tabulas de quib⁹ Exo. xxviii. Zetet enim durabiliter in se leges scriptam. Nullus ergo excusari potest q̄ scripturas nesciat. quum scri pturam in corde habeat: s̄m quam vivat. Sic p. mā data in tabulis, tabule in arca, arca in tabernaculo. Heb. ix. sic lex naturalis in conscientia: conscientia ve ro in aia, aia vero in corpore est. Sed heu ppter pec catum obscurata est lex conscientie. Illuminatur au tem per leges scriptam z legem gratie. Heb. viii. Ha bo leges meas in cordibus eoz: z in mentibus eoz superscribam eas. Ider legem enim scriptam cognitio peccati. Ro. iij. z. vii. Unde peccantes per ignorā tiam non excusantur: licet bonam habent emulatio nem. contra quos ad Ro. x. Testimonium perhibeo illis q̄ emulationem dei habent: sed non s̄m sciētiā rj. q. i. §. i. xxxviii. di. qui ea. Ista etiaz conscientia est illa lex dei z lex mentis de qua. Ro. vii. Cōdelecto r enim legi dei s̄m interiorem hominem. video autē aliam legem repugnantem legi mētis mee. zc. xxix. q. v. si paulus de con. di. iiiij. c. ij. di. vij. in palea. sed pen sanduz. Ille liber conscientie scribendus est calamo aureo honorz meritorz. Si autem scribatur male me ritis tunc signatur stilo ferreo. Hiere. xvij. Peccatū Jude scriptū est stilo ferreo in yngue adamantino. i. in corde obstinato. sed heu quia ista scriptura ab om nibus legetur in die nonissimo. Unde Orix. Audia bitur pectoris nostri conscientia: z aperto corde vide buntur liter peccatoruz: que stilo ferreo z in yngue adamantino scripte sunt. atqz vniuersa spectantium multitudine leget i pectore nostro signatas imagines peccatoruz. Quia ergo quod sit contra conscientiam. sub audi s̄m glos. precepti vel prohibitionis ediscat ad gehennam. xxviii. q. i. §. ex his. vbi de hoc. z extra de respi. spo. literg. z de prescripc. vlt. Et quidaz ha bent conscientiam canteritam insimulataz vel vul neratam. lxxij. di. in nomine patris. z. j. ad Tim. iiiij. quidam numis scrupulosam. extra desimo. p tuas. h. Ideo consilium sapientioris adhibēdum est s̄m qđ vel sequenda est vel nō sequenda. vt in pre. c. p tuas. z extra de sen. excom. inquisitioni. Alias habens cōscientiam erroneam z faciens contra eā peccat mortaliter. vt si haberet quis conscientiaz tollendi palea de terra: z si tolleret: peccaret mortaliter: si tollit eam peccat mortaliter contra suam conscientiaz etiam eroneā faciendo. vt est expressum pre. c. per tuas. z no. de hoc. in pre. §. ex his. Sicut autem veri religiosi ha bent suam puram conscientiam conferuare: ita preci pue canere dñt aliorum fratrum. j. Cor. vij. conscientias ferire aut etiam perturbare. Multis autem mo dis conscientia fratri seritur: extollentia, z elatione

superflua, prudentia, seductione, infidelitate, mendacio, fraude, deceptione, contemptu, luore, murmuratione, detractione, vindicta, z reliquis que pariūt ex istis. Purā etiam conscientia est anime testimoniūm. iij. ad Cor. j. Gloria nostra hec est testimonium conscientie nostre. xj. q. iij. inter verba. Et beatus qui potest dicere cum Job. xxvij. Neq; enīz reprehendit me cor meum. i. conscientia, in omni vita mea. Idez tamen dicit. Si fuero iustus: os meum impia loquetur: z si sine crimine prauus inueniar, z si purificat in nube z lotus mundis manibus satis me sorde tinxisti. z execratum est vestimentuz meum. de pe. di. v. si enim. ultra colū. Et Job. ix. s̄m alias translationē. Be ista etiam puritate conscientie apls. j. ad Corin. iiiij. Nihil enim nihil scius sūz. Sine puritate istius conscientie non potest in anima esse vera charitas. Unde. j. ad Timo. j. Finis autē precepti est charitas ex corde puro z conscientia bona z fide non ficta. de pe. di. ii. charitas. ii. ver. Item ergo. Que autem turbata z ingrossata conscientia est semper presumit se ua. sicut dicitur Sap. xvij. Recta autem conscientia semper peccato contradicit: etiaz in diabolo prescito z irreconciliabili. Unde poeta.

Ex templo quodcumq; mali committitur: ipsi displicet authori prima hec est vltio: q̄ se Judice nemo noces absolvitur. Eccl. xiiij. Beatus qui non est stimulatus. sub audi a conscientia. in tristitia peccati. quia omne peccatum tristitiaz menti in gerit. Unde Isidorus. Animus nūnq; potest esse letus. Si ergo vis esse semper letus: semper bene viue. O quanta pax: quantum vero gaudium: quanta se curitas: quanta foitudo: quanta spes: vbi est puritas conscientie. Nihil enim timet exterius: qui intērius est securus. Be ista sancta conscientia multipliciter commendata. vide. xj. q. iij. quid obest. z. c. scuti. z. c. in cunctis. c. custodi. cap. inter verba. Purā cōscientia nec adulatioibus maculatur: nec detractio nibus irritatur: quia nec dānare potest iniuria: nec coronare laus falsa. s̄m Grego. Sicut autem nobis nostra conscientia necessaria est propter nos: ita bona fama necessaria propter proximum. qui autē famā negligit crudelis est. xj. q. iij. non sunt audiendi. xij. q. j. nolo. Judices tamen in indicando non habent sequi conscientiam: sed leges: z s̄m allegata. q̄z ha bident indicare s̄m conscientiam. quam habent vt iudices: nō quidaz habent vt homines privati. xj. q. iij. summope. vbi de hoc. z. iij. q. vij. indicet. vbi de hoc. z extra de off. ord. h. acerios. vbi de hoc. Ubi etiam perplexa est conscientia inter duo mala: in que sua culpa incidit: consilio prudētriori preeligat facere minus malum. z illud minus maluz facere est tunc mai lum non facere: sed bonum. quia vitatur maius malum. Perplexitas enim nihil est: nisi quantum ad fatuam opinionem perplexi. Unde qm̄ iurat interfere hominem: non peierat tunc quum nou interficit. quia in hoc bene facit. sed quum iuravit: pernicio se iuravit: z mortaliter peccavit. vt. xxij. q. iij. in peccatis. c. vlcq; ad. §. deniq;. Be ista perplexitate agitur. xij. di. c. j. z. ij. z in summa. z. xij. di. per totum. Hoc etiaz z memoria tua nunq; excidat. q̄ si vermis cōscientie ordinate in hac vita non moritur: nec in illa in perpetuum morietur. Ad ar. x. Vermis eorū non moritur. z Ela. vlt. in fi. vbi Chryso. Non de sensibili verme hoc dicit: sed verme conscientia vocat mor dentem animam: q̄ non sit operata bonum. Unusquisq; enim sui accusator fiet rememorans que ges

Vermis
conscientie

fit in vita mortali: et sic eorum vermis immortalis permanet. Item super illud Matth. viii. viii. xxv. et xxv. et Luc. xiii. Et stridor dentium. Qualfredus. Quid enim stridor dentium: nisi ire furoris, inequitatis, et malignitatis iudicium? Si quidem (ut ego arbitror) nullum tormentum erit grauius malis: quam malitia cordis et iniquitas ipsa conscientia et peruersissime voluntatis. Nam sicut passiones omnes patientia subleuat: sic impatientia quantumlibet leues aggreditur. Fletus ergo erit ex dolore: stridor dentium ex râcore. Item ibi Beda. Sicut vermis est dolor interius accusans: sic ignis est pena extrinsecus sequens. Itē Aug. xxi. de cimi. dei. cap. ix. Dicunt etiam viri dolore quum sero atque instructiose penitent, eos qui fuerint a regno dei separati. sicut illud Prover. xxv. Sicut tinea vestimentum, et vermis lignum: sic meror excretat cor viri. Unde super illud Matth. xxvij. Ibi erit fletus et stridor dentium Berni. Fletus erit ob ignem: qui non extinguitur. stridor ob vermez conscientie: qui non moritur. Item idem. Malus vermis luxuria: quo nullus alter nocentior. Ingreditur enizblâ diendo. mor det ridendo. transforat delectando. perimit consentiendo. Prover. xxvij. Ingreditur blâ: sed in nouissimo mordebit ut coluber; et ut regulus venena diffundet. Malus etiaz vermis accidia. malus tristitia. de quo Prover. xxv. Sicut tinea vestimento, et vermis ligno: ita tristitia viri nocet cordi. Beatus igitur qui ad mortificandos hos vermes preuenit myrrha mortificationis sue vngere corpus suum in sepultura. quisq; ille est: non est qui metuat vermem qui non moritur: quia iam mortuus est vermis. unde ille moritur. Cauteriate enim conscientie igne proprio scelerum succendetur. iuxta illud ps. xx. Ponit eos ut elibanum ignis in tempore vultui. Necessarium ergo est sequi consilium Pauli ut emundemus conscientias nostras ab operibus mortuis. i. a peccatis qui mortem inferunt anime ad servandum deo. ad Heb. ix. c. Si eniz non permanenter in tabernaculo nostro iniustitia: tunc leuare poterimus faciem nostram absq; macula. Job. xi. Tabernaculum nostrum est cor nostrum. ps. xlvi. Sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Facies autem est conscientia. ps. xlix. Arguam te et statuam contra faciem tuam. Sicut enim macula in facie sic peccatum in conscientia valde deformat hominem: spud deū. Ideo autem sponsam suam maxime in facie examinat Christus. Lant. ii. Ostende mihi faciem tuam. i. conscientiam. Et iterum. Facies tua decora. i. conscientia. Unde sicut spouse suas in speculis examinant ut maculas purget: sic et anime fidèles faciunt. Unde Exo. xxxvij. legitur q; mare eneum factuz est de speculis mulierum. iii. xxxvij. d. Ecce. ad si. Adacule enim in speculis vise lauari debent in mari lachrymarum penitentie Matth. vij. Faciem tuam. i. conscientiam laua. Specula autem sunt dei verba vel scriptura divina. Iaco. i. Siquis auditor et. c. et. j. Considerati vestrum nativitatis sue in speculo. Greg. Scriptura sacra mentis oculis quasi quoddam speculum opponitur ut interna nostra facies videatur. ibi enim fedat: ibi pulchra nostra cognoscimus. Saluanda est conscientia. extra de postu. p. bone. ij. S. intelleximus. de tempo. ord. ad aures. Vocabatur conscientia fides que sincera debet esse. extra de prescrip. qm. de elec. c. ij. Non debet esse lesa conscientia. extra de elec. innocentia. S. i. et. S. multa. Accipitur aliquoties conscientia pro confusione vel voluntate. extra de elec. per inquisi-

tionem. S. j. de prescrip. cum olim. Cedenduz est propter conscientiam criminis. extra de renun. nisi. r. n. j. S. propter. Recta debet esse conscientia: et conscientia precipuum bonum est. extra de temp. or. c. vlti. Non est loquendu extra conscientiam. extra de scruti. in ordi. c. j. Non debet aliquis contra conscientiam ordinari. extra de eta. et. qua. queris. et. ad aures. c. intellepimus. Per oleuz nitor conscientie designatur. extra de sacra vnc. c. vnico. S. ad exhibendum. Habendus est nitor conscientie intus. ibidem. Et ipsa est gloria nostra. ibidem. Contra conscientiam est iniusta sententia executioni mandanda. extra de off. dele. pastoralis. S. qui vero. et. c. si quando. Be se confessi non creditur super conscientijs alioz. extra de confes. c. j. Satisfaciendum est conscientie remordenti. extra de iureiu. quanto. S. f. Quilibet est sue conscientie relinquentus. e. t. mulieri. Judex contra conscientiam non recipiat adsesorez. extra de prescrip. statutum. S. adsesorem. lib. vi. Cum nuda conscientia electores debet ecclesie utilitatem prosequi. extra de elec. vbi periculum. lib. vi. S. ceterum. Agentes contra conscientiam diuinam offensionem incurruunt. ex de elec. perpetue. lib. vi. Judices contra conscientiam partem grauantes puniuntur. ex de re iudi. cuz eterni. S. si quis. lib. vi. Be conscientia bona extra de schis. c. j. lib. vi. de pe ni. di. ij. charitas. ij. ver. item ergo. Be conscientia cauterata. lxxij. di. in nomine patris. Be conscientia habetur. de pe. di. ij. S. item illud Amb. in si. dist. xxv. di. primum. Quotupliciter accipitur conscientia no. de pe. di. ij. ille rex. in glo. c. q; non dicitur. Notanduz etiaz est q; magna cautela. magna sapientia. magna discretio. est habenda ne conscientia impinguata. et in virtutis antiquata declinet nimis ad carnalia: que in scriptura diuina sinistra pars dicuntur. Tales sunt conscientie hypocitarum et quorundam religiosorum ceremonialium. qui de modicis, ut de verbo omisso. in officio diuino et de silentio rupto et risu et cibo conscientiam sibi faciunt: sed non de inobedientia prelatorum et contradictione. et insultatione: non de ambitione officiorum et procuratione. non de suspecta familiaritate. non de pecunia. non de paupertate. non de scandalo fratris. non de diffamatione graui et perditione. non de inuidia et superbia et divisione et tyrannide et persecutione fratrum suorum. et similibus gravioribus conscientiaz sibi faciunt. contra quos dñs Matth. xxvij. dicit. Ne vobis scribe et pharisei hypocrite qui decimatis mentam et anetum et cymimum: et reliquistis que grauiora sunt legis iudiciorum et misericordiarum et fidem. hec oportuit facere: et illa non omittere. Unde ceci excolantes culicem: camelum autem glutientes. Chrysostomus. super Matth. Quia sacerdotes avaritia pleni: sicut decimaz aliqui rei vel minime non obtulisset: corripiebat eum quasi magnum crimen fecisset. sicut autem alterum ledebat: aut in deum peccabat: non curabant eum corripere: de lucro qui deo suo solliciti: de honore autem dei et gloria et salute hominum negligentes. Seruare enim iusticias et facere misericordiam et habere fidem propter suam gloriam deus mandauerat: decimas offerre propter utilitatem sacerdotum. ut sacerdotes quidem populo in spiritualibus obsequantur. populi autem in carnalibus sacerdotibus subministraret. Sic et modo fit. quia omnes de honore suo sunt solliciti: de honore autem dei nullus. Portiones autem suas vigilanter defendunt: sed circa obsequium ecclesie curam impere non attendunt. Si populus decimas non ob-

tulerit: murmurant omnes: si peccantem populu[m] vi-
derint: nemo murmurat contra eos. Sed q[uo]d scriba-
rum et phariseorum ad quos loquebatur: quidam po-
pulares erant: non est incongruum ut aliam exposi-
tionem faciamus propter eos qui decimam dabant.
Nam et qui accipit decimas recte decimare dicitur
et qui dat. Scribe ergo a pharisei et minimarum qui
dein rerum decimas ostendebant ostendere religio-
nis gratia. In iudicis autem erant iniusti in fratri-
bus sine misericordia in veritate increduli. Hierony-
mus. Camelum puto esse magnitudinem precepto-
rum: iudicium misericordiam, et fidem. Culicem de-
cimationem mente et aneti et cymini et reliquorum
olerum vilium. Hec autem precepta que magna sunt
deoramus atque negligimus: et operationem religio-
nis in parvis que lucrum habent eis diligentia mo-
stramus. Orig. Uel excolantes culicem. i. expellentes
a se minima delicta: que culices nominavit. Camelum
autem glutientes. i. committentes maxima delicta:
que nominavit camellos: animalia videlicet tortuo-
sa et grandia. Scribe autem morali sunt qui am-
plius nihil existimant possum in scripturis: q[ui] sim-
plex sermo demonstrat. Pharisei autem sunt omnes
qui iustificant semetipos: et diuidunt se a ceteris: di-
centes Hier. iii. xlvi. di. recedite. Non mulci appropin-
quare: q[ui] mundus sum. H[ab]ent autem et anetum
et cyminum ciborum conditure sunt: non principa-
les cibi. Sic in conuersatione nostra quedam sunt ne-
cessaria ad iustificationem: vt iudiciz. misericordia,
et fides. Alia sunt quasi concientia actus nostros et
uaniiores eos facientia: vt abstinentia. silentium. ie-
nnium. flexio genuu[m]. et huiusmodi. Quomodo au-
tem non existimant ceci qui non vident: quoniam
nihil prodet cautum esse dispensatorem in rebus mi-
numis: quum principalia negliguntur. Hos ergo ser-
mo presens confundit: non quidem leuis prohibet
obseruare: sed principalia precipiens cautius custo-
dire. hucusq[ue] Orig. Itet adde hic que. j. scripsi in. c.
lxvii. in. S. aliud vatum peculiare. ver. quintum ve-
t[er]i et ibi expono octo ve. Ue vobis scribe. et pharisei hy-
pocrite: qui mundatis quod foris est calix et paro-
psidis: intus autem pleni estis rapina et immundi-
tia. Pharisee cece munda prius quod intus est cali-
cis et paropsidis. vt fiat id quod de foris est mudiuz.
Chryso. Hoc dicit quia iudei quoties ingressuri erat
templum: aut sacrificia oblati: aut per dies festos
seipso et vestimenta sua et uenilia lauabit: et a pec-
catis nemo se ipsum purgabat. quum deus neque cor-
poris munditiam laudet: nec sordes condemnnet. po-
ne tamen quia deus odit sordes corporum et vasorum
que necesse est vt ipso vnu sordidentur: quanto magis
sordes conscientie horret: quam si volumus semper
mundam seruamus. Item Hilarius. Arguit ergo eos
qui iactantiam inutilis studij sequentes utilitatis
perfecte ministerium derelinquent. Galicis namq[ue]
v[er]sus interior est: qui si obsorduerit: quid proficiet lo-
tus exterior? Atque ideo interioris conscientie nitor
est obtinendus: vt ea que corporis sunt forinsecus
abluantur. Item Chryso. Non autem hoc dicit de
sensibili calice aut paropside: sed de intelligibili. qui
si nunquam tetigerit aquam: mundus potest esse apud
deum si autem peccauerit: et tota aqua pelagi et flu-
minum se lauerit: sordes est et miser ante deum.
Ergo (vt supra dixi) attendenda est conscientia:
ne nimis declinet ad carnalia: vel declinet nimis
ad spiritualia quedam corporalia: vt nimia ieui-

Medio e-
critas
vbiq[ue] ser-
uanda.

cepte gratiæ non ministrant? Medium ergo tenendum est: ut studeamus circa intellectum illuminandum per discretionem: et circa affectum attendendum per devotionem. Unde j.ad Timo.iiiij. Attende tibi et doctrine. xxvij.di. Secundum Item Jo.v. Erat Iohannes lucerna ardens et lucens ubi dicit Bern. Ardere parum: tantum lucere vanum: ardere et lucere pfectum. In passione docet nos tenere medium penitentie. quod in cruce sed sit in medio latronum. Mar. xv. Latrones namque sunt: qui seipso in patibulo penitentie propter peccata suspendunt. Job. viij. Suspenditum elegit anima mea: et mortem ossa mea. Sed quodam sunt qui indiscretas penitentias faciunt. et significantur per Zacheum qui ascendit sycomorus: ut videtur Jesu. Luc. xix. Sycomorus interpretat fucus satua. et significat talium disciplinam. que dulcis est propter seruorem et vanam gloriam mistam: quia regitur sensu proprio: et nemini credit. sicut in me sepe expertus sum. Sed satua propter indiscretionem quod sicut ait Seneca: Contra naturam est torquere corpus proprium: et cibis non tantum vilibus sed crudis et horridis vti. Quemadmodum enim desiderare delicatas res luxurie est: ita visitatas et magis parabiles fugere dementie est. Quidam econuerso faciunt penitentiam dissolutam. sicut carnales significati in populo iudeor: qui in deserto ad ollas egyptias suspirabant. Numeri. xj. contra quos dicitur Mat. xj. Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? Domini molibus vestitus? Ecce qui molibus vestiuntur in dominibus regum sunt. xxi. q. iiiij. c. i. Arundo indiscreti sunt foris nitidi per ostentationem operis: intus va cui per inanitionem virtutis. ii. agitantur vento: quod per impatientiam non possunt resistere etiam leui verbo. Molibus vestiti sunt deliciarum molitiae resoluti. et ideo utriusque latronis crura fracta sunt: quia illi per impatientiam. isti per dissolutam vitam franguntur. His ergo suspensus in medio. docet ut proximera virium pondus penitentie assumatur. ut secundum philosophum dicatur semper. Ne quid nimis. et sic nec frangetur propositum: nec salubris intentio conteretur. Unde ps. xxxij. Cuspidit dominus omnia ossa eorum. unum ex ipsis non conteretur. In resurrectione docet nos medium iustitie: quia tunc etiam in medio discipulorum stetit. Luc. xxiiij. Jo. vlti. Unde et tunc pacem annunciauit. quia sicut dicitur Isa. xxiij. Erit opus iustitie pacis. Justi namque sunt qui vitam suam quotidiana examinatione discutunt. Sed quidam nimis declinant ad sinistram iudicij. trepidantes timore ubi non erat timor. ps. xij. et l. hoc tu tutius. quia bonarum mentium est et c. v. di. ad eius. et extra de obseruacione. Alii nimis declinant ad dextram misericordie. dicentes pacis ubi non est pacis. Hieremi. vij. Propter hoc medium est tenendum: et dicendum cum ps. c. Misericordiam et iudicium cantabo tibi domine. Item alii declinant nimis in misericordiam versus proximum. alii nimis in rigore. unde temperamentum est faciendum. xli. di. disciplinam. et c. omnis qui. et c. sunt namque et ideo dicitur Psu. xxi. Publica gradem via: non declinantes ad dextram vel sinistram. xl. di. sepe. Numque hec discretio que est mater virtutum. j. q. v. presentium. et extra de officiis custodi. c. j. et sine qua omnis virtus est vitium secundum Isid. haber potest vel seruari: nisi per humilitatem: que est ut nullus sine prudentie innaturatur. ex de institu. ne innitaris. sed semper ab aliquo seniore. s. sancto experto

requirat consilium in agendis. j. q. j. estote. legitur et no. lxxij. di. c. i. sic etiam no. Jo. cassi. in lib. collatione. ii. de discretione. et tetigi supra eo. V. quidam enim. et supra. q. proximo. v. quia ergo. Sed iterum facta aliqua digressione utili ad tractandum bonum obedientie reuertamur. de qua quidam sanctus dixit sancto Climaco: ut ipse narrat. in. iii. gradu de obedientia. Si vtiq; tibi inest sapientissime dicentis. Phil. iiiij. xl. di. quod dicit. in sensu anime operatio: quia omnia possum in eo qui me confortat christo. si spiritus sanctus roris castitatis secundum virginem superuenit in te. Luce. i. si virtus altissime patientie obumbrabit tibi. Luce. i. precepsit sicut vir christus lumbos tuos obedientie cingulo vel linteo. Jo. xij. et surgens a cena tue solitarie quietis. pedes fratrum in contribulato spiritu lana. Magis vero sub pedibus congregations prouoluere in subiecta et delecta prudentia. Statue duros ostiarios. i. virtutes cardinales. et vigiles in porta cordis tui. Invincibiliter contine mentem difficulter valentem. Continere in occupato corpore circuquam. In membris motis et concussis intellectualem et quietem exercita: quod est vniuersis supergloriosissimum. Esto imperturbabilis in medio perturbationum et tumultuum anima pacificam habens. Loge linguam vesanam et furentem in contradictionibus insilire. Lerta contra regiam hanc septuagesies septies in die. Mat. xvij. Cum mortificatione carnis et crucifixione cujus suis concupiscentijs. Gal. v. posside mortificationem animales proprii sensus et proprie voluntatis. Tene mentem imperturbatam ut incudem: scilicet a mutuis inuidice confusionibus et fragoribus percussam. illusam. improferatam. maledictam. subsannata. lesam. et in nullo vnoq; resolutam: neque stragem sustinentem: sed totaz planam et immotam existentem et manentez. Expolia te voluntate. Luc. xxij. Jo. vi. Phil. ij. tanq; confusione amictu: et ea denudat in necessitudinis statu intras: quod raro et difficulter inuenitur. Indulzioricam. Apostolus dicit. et scutum Eph. vi. fidei ad agones. i. prepositi vel prelati preceptorum tolerantia. non dissolubilem neque penetrabilem ab aliqua infidelitate. Tactum tene inuercire profilientem tenuerantem freno. Loge oculum memoria mortis. Hiero. in primo prologo biblie in h. volentem per singulas horas magnitudinem pulchritudinem et visionem corporum curiose aspicere. Obmutescere fac intellectum curiosum in familiari sollicitudine volentem fratrem iudicare. j. Corin. iiiij. h. q. j. multi. in negligencia operantem. Et omnem charitatem. Col. iij. et compassionem ad proximorum absq; errore insinua. Tunc vere in hoc cognoscunt omnes amantissime pater: quod Christi Iesu discipuli sumus: si in coadunatione in uicem charitatem habeamus. Jo. xij. iterum ait. veniam concertabile subsannationes horis singulis sicut aquam vite. quoniam vniuersa que sub celo sunt. Quod in ps. scrutatus iocundus. a. ultimo post oia querens dixit. Ecce quid bonum: et quid iocundum est nihil. sed habitare fratres in unum. Si vero nondum bono huiusmodi obedientie et patientie facti sumus diligimus bonum saltem. igitur est longe ab agonistico statu stantes. propriam infirmitatem cognoscere: et singulariter sub obedientia certantes beatificare: ac eis patientiam imprecari. Quod absente eo qui preest vultus ipsius imaginatur. hunc nobis semper adstare putantes: et omnem collocutionem vel sermonem aut cibum vel somnum vel quippiam quod eu suspicaremur

suscipiantur odisse, auertimus a nobis: tunc cognoscamus q̄ vere legitimam obedientiaz exequimur. Segnes pranorum magistri absentiam gaudiūz arbitrantur, generosi vero & nobiles damnū eandeū putant. Obedientia humilitatez possidet: q̄ nimirum si prudēz & bene intelligēs obediens mortuos suscitet: & si lachrymarum donum possideat: & si liberationē a pugnis existimat penitus quia patris spiritualis qui preest oratio fecit: & manet ipse a vane propriez reputationis elatione alienus. Quomodo namq; super illo exaltabitur quod ex patris adiutorio dicit factum: & non ex solitudine propria: Si- cut apparuit in Abrao discipulo beati Benedicti: qui ad imperium abbatis super aquas lacus currēs puerum. Placiduz liberavit. quod miraculū Abraus patri imputauit non sibi. & sic Placidus confirmauit. Solitarius autem ab ista precicta elatione liber non est: quia directiones suas sibi imputat. quū non habeat presidentez. Isidorus & Alexandria ex princib; in cenobio se conuertens & obedientie submittens sicut ferrum fabro, per obedientiā presidentis ad portam mansionis stent ingredientibus & egredientibus semper dicens. Ora pro me pater: quia peccavi. In fine. vii. anni quinque vellet abbas eū fratribus intus adiungere: supplicauit se sic manere ad portam: predicens finem suum proximum, & sic post dies. x. expirauit: trahens post septem dies portarum eiusdem mansionis secum. sicut ei in spiritu predixerat ad maximam certitudinem ipsius inconfuse obedientie & adeo imitatore humilitatis. Phil. ii. Adelius est sub obedientia certare cū hominibus aliquando quidem senientibus, aliquando vero per intentibus: q̄ solitarium certare cum demonib; semper furentibus. Qui quandoq; est obediens patri, quandoq; inobediens: similis est homini aliquando quidez collyriū al: quando vero calcem in suos oculos mittenti. unus enim, ait qui edificat & aliis qui destruit: que utilitas in utrisq; nisi labor tātum? Eccl. xxxviii. Sine medico eger nō curat. Eccl. xxvii. lxxxviii. di. 6. i. Mavis sine gubernatore naufragium patitur. Drouer. xxviii. vii. q. j. sciscitaris. Lecus sine duce in laqueum cadit. Luc. v. Abat. xvi. xxxviii. di. 6. si. extra de eta. & qua, cum sit. Brex sine pastore lups exponitur. Ezech. xxxviii. Joā. x. Quis sine obedientia superioris potest enadere? xcij. di. per totum. Sit tibi locus monumentum ante monumentum. nemo enim egreditur a monumento ante communem. ex de sum. tri. c. j. S. hec sancta resurrectione: q̄ si egressus fuerit: iterum perpetuo morietur. Si precaptus & preuentus es pactionibus & sponzionibus professionis: & sine profectu vides anime oculū: non deuites disiunctionem & separationem. Non enim contra obedientiam facit qui a vita & conuersatione carnali & a societate fratrum preuaricatorum regule recedit: vt christo perfectius obediat & seruat. In omnibus enim rebus considerandus est finis: & h̄z eum propositi nostri dirigendus est cursus. Sm. Joseph. in coll. de definiēdo. q̄ si superueniente salubriori consilio ad deteriorē partem vrgere viderimus. Rectius est in congrua & inconsiderata constitutio- ne summota, ad meliorē trāsire sententiam: q̄ statutis pertinacibus inherendo, peccatis grauioribus obligari. Non enim tantum processus operis quantum voluntas est attēndenda & intuenda. Nec statim quid quis egerit, sed quo voto egerit inquirendū. Illud enim pro retributione mercedis iuste vni-

cuiq; repensatur: quod principaliter mente conceperit: non qd exinde bene vel male contra votum operantis emerserit. Emendatio enim dispositionis improuide non voti est indicanda transgressio. Quicquid enim pro charitate dei & pietatis amore perficitur: et si dure atq; aduersis videatur principiis inchoarion solum nulla reprehensione sed etiam laude dignissimū est. Omnia enim ad hoc agimus: vt cor mundum deo exhibeamus. faciunt que leguntur & no. extra de collu. dete. c. j. in glo. de amicitia. & xiiij. q. v. si quid. de pe. di. j. in princ. & in glos. tribus positis. super verbo. votuz enim. c. magna pietas. 2. xiiij. q. viij. cecidit. Deus enim nō verboz tm actuumq; nostrorū discussor & iudex est: sed etiam propositi & destinationis inspecto. qui si quid causa salutis erit ne ac diuine contemplationis intuitu ab unoquoq; factum viderit vel promissum: tamēsi durum & iniquum hominibus videatur: ille tamē intimaz cor dis inspiciens pietatem, non verborū sonum sed votum dijudicat voluntatis. quia finis operis & affectus considerandus est perpetrantis. quia nec dubitauit Jacob mendaciū maculam inundatione benedictionis paterne protinus abluendā: & velut ne bulam quodaz flatu spiritus sancti velociter absuēdam. atq; vberiora sibi per hanc affectatiam simulationem q̄ per illam ingenitam veritatem meritorū premia conferenda. Alia solutio ponitur de Jacob mentiente & excusatio. xxiij. q. ii. S. item opponit. Hec precicta sunt verba p̄dicti Climachi & Joseph anachorite in coll. de definiēdo. Ad quorum probatōnem facit q̄ beatus Benedictus recessit ab illis malis monachis: & habitauit secum. vt dicit Grego. in. ii. lib. dialogo. & habetur. vii. q. j. S. hoc tunc ver. sic beatus Benedictus. Faciunt etiam illa. c. xxiij. q. iiiij. si aliquid. j. & iij. & c. non solum. & c. incommutabilis. & c. magne. c. non omnia. c. diff. nitio incarta. Facit etiam quia magis deus cordis q̄ operis est inspēctor. Nec tantum attendandū que fiant: sed quo animo fiant. xv. q. vij. c. j. Ad hec facit quod dicit Se neca. Magna pars sanitatis est hortatores insue reliquise. & ps. xvij. Lūz sancto sanctus eris: & cum peruerso peruerteris. Et qui tetigerit picē: coinqūnabitur ab ea. Eccl. xij. Et quia ecclesia non debet alicui laqueum inicere. xxvij. q. de viduis. Sed contra ista videntur illa omnia. c. que prohibent a maiis fieri separationē corporalem: propter schisma vietandum. xxviii. q. iiiij. in primis. vi. c. cum si. Sed credo q̄ si in religione vel monasterio est preuaricatio communis regule vel professionis: & in illa professio ne non inuenitur arctior ad quam quis possit recurere petita licentia. ex de regu. licet. licitum est authōritate propria immo iuris recedere: vbi possit suam regulam obseruare. alias non. & sic intelligo contrarium. Ad hāc solutionem facit op. vii. q. i. S. hoc etiā. S. cum autem. & c. seq. quod incipit. ibi. Et hoc etiā ideo quia ex illorum morbidorum confortio inficeretur. & facit bene. xlvi. sed illud. extra de statu. mo. ea que. & ne cle. vel mo. relatū. in prin. & que leguntur & no. xvij. q. ii. diffinimus. cum. ii. c. seq. & xxiij. q. iiiij. quisquis. in si. Nec est inobediens qui recedit ab obedientia carnali: vt vivat sub dei obedientia spirituali. sicut vixerunt sancti dei anachorite. Faciunt pro hoc. xj. q. iiiij. S. item quando. iii. c. seq. vñq; ad. S. cum ergo. & xiiij. dist. nerui. ver. alius. extra de restit. spo. literas. S. porro. & de senten. excom. inquisitioni. Item Climacus de obedientia. Dominus sapientes

facit eos, obedientium oculos aperit in magistri virtutibus: in defectibꝫ vero tenebris facit. Osor autem honorum: id quod contrarium est agit. Sic nobis figura et typus perfecte obedientie argentum viuum dicitur: nam subtilis omnia circumvolutum ab omni sorde manet incompositum. Non obliuiscaris in tota vita tua illius magni creatoris qui in totis. xviiij. annis auribus corporis a preceptorate exterritus non audiuit. Salueris auribus vero intrinsecis quotidie audiuit a deo: non salueris sed, salvatus es. Quidam ad suas voluntates conuersi, ad votum visiones querunt: et obtinent. At vero a confessionis corona et obedientie merito agnoscant se penitus cecidisse. Nam obedientia est peregrinatio ab hypocrisi et proprio desiderio. Ex obedientia humilitas: ex humilitate discretio nascitur, ut philosophus Jo. cassi. in coll. ii. de discretione. Est qui suscipit preceptum: et voluntatem precipientis sciens, non obedit. Alter obedit sciens preceptorem ex animo non precipere, primus non obediens est obediens, alter obediens inobediens est, quia voluntas precipientis debet inspicere: et non iussus, et verba debent servire intentioni: non econuerso, extra de verbis signi, intelligentia. Et semper est scribentis vel mandantis intentio attendenda, extra de procura, petitio, de arbitrio, exposita, de restis, spacio, auditam, de preben cum causam, et c. vlt. Sed in dubio stabitur super verbo s. de lega. iii. non aliter. Si impugnatur monachus absq; vera obedientia de loco recedere: non recedat, quia signum est quod si impugnatur pugnat. Juuenis quidam Innocentius nomine a quodam scne negligente et crudeli suo preceptorate peccutiebat: et iniurijs afficiebatur, nec propterea ab eo recessit, qui tandem mortuus est cum sua obedientia et patientia, qui quum sepultus esset: venit ad illum Innocentium mortuum quidam sanctus Joannes nomine: et vocauit eum de monumeto dicens, Frater Innocenti mortuus es. At vero bene prudens obediens et post mortem obedientiam ostendens respondit illi magno seni, Pater quomodo possibile est hominem operatores obedientie moriri? Preceptor vero istius Innocentij qui adstabat tremens in faciem suam cum lachrymis cecidit: et eccliam prope monumentum discipuli fecit: et de cetero caste et sollicitus vixit dicens patribus semper quia homicidium feci. Contra omnia quidez veru equilater contra ista duo vitia qui sumus in congregacione sub obedientia horis singulis agonizamus, vide licet contra ventris et gule insaniam: et furoris et ire celerem et acutam turbationem, proprias enim et domesticas materias ista via possunt in turba faciliter inuenire. Revolute inobedientis improbi deliberationem et mentem: et inuenies ibi cogitationes erroraneas et intentiones seductas: videlicet quietis solitariae, ieunii, extremi et arcti, orationis irrecurrens, parentie, vane glorie ad summum memorie exercitus inobliuiscibilis, inde sinensis copunctionis, omnimode priuationis ire, silentij profundi, et castitatis superexcedentis concupiscentiaz. Vere namque solitaria vitam et quietem in oratione erequi rarissimum existit, et illorum solummodo qui possident consolationem diuinam ad labores et dolorum solatium et cooperationem impugnantium et pugnarum. Sit tibi iste modus ad obedientiam, videlicet existimare quia probat te qui preest et tentat, et nunquam decidere vel errabis: quando redargutus et corruptus a patre incessanter ad ipsum ampliorum fidei

et charitate assumis, spiritus sanctus invisibiliter habebit in anima tua: et virtus altissimi obumbrabit tibi. Luc. i. Veritatem ne glorieris neque gaudeas genere, sufferens contumelias et ignominias: sed misericordia plora, quia aliquid dignum contumelias egisti: et conturbasti animam fratris: vel proprii prepositi contra te. Noli admirari et stupere super id quod dicturus sum, habeo enim Aboyen hoc una mecum predicantem. Expedit magis in deum et non in patres nostrum peccare, deo enim ad iras concitato, dux nos potest eum nobis reconciliare. Exo. xxxv. xlvi. disciplina. Isto vero conturbato a nobis, aliquis pro nobis exorantem deum et propitium facientem veteris non habemus. Intendamus et vigilemus quandoquidem a pastore inculpati tranquille et cum gratiarum actione sustinere debemus, vel quando certificare eum et satisfactiones facere inde videtur: super omnibus quidem nobis ignominiam conciliantibus esse tacenduz, lucis enim hora est, super ipsius vero que in personam alterius recurrent: latissimum et excusandum esse propter vinculum et coniunctionem charitatis et insolubilis pacis. Quicunque ex obedientia resilierunt: etiam amuntiabunt eiusdem utilitatem, tunc enim cognoverant in quali celo stabant. Qui enim ad impossibilitatem et deum currunt, omni die in qua non maledicuntur se multuz damnos sustinere arbitratur, quemadmodum arbores vetustate profundam radicem subtermittunt: ita in obedientia degentes fortes et inconclusas animas possident. Quisquis in solitaria quiete sedens cognovit suam infirmitatem: et transiens seipsum obedientie vendidit, iste quum esset cecus, absq; labore ad christum respergit. State, state, et iterum dico state, carentes fratres pugiles, certatores audientes sapientem clamantem de vobis. Sap. iiii. Tuncq; aurum in fornae, magis vero in cenobio, probauit eos dominus: et quis holocausta victimae accepit eos in finibus suis. Qui sentiunt gravia esse maledicta que iubentur a patribꝫ: qui sunt pigiores et magis otiosi: tunc magis panticipare et preeligere conantur orationem, quando vero leuiora iubentur: ab eadem tunc sicut ab igne fugiunt. Quando igitur ad operationem manuum accedit: cogita quia christo ministras qui precepto et exemplo ad opera vslq; ad mortem te informat. Operans lauda deum tuum lingua, mente cogita intentione glorifica. Nam qui in laboribus, et in operibus est infidelis et piger: in operationibus multo amplius erit piger et infidelis remissus. Sane oratio nequaquam in corporis quiete dirigitur: sed labore et actu. Amor quietis orationis est exterminium, et diminutiones virtutum predictar mandata negligere. Nunquam suscipias eum qui tibi subditus est dicentem tibi, Domini licentiam et potestatem ad tales operationes exercendum et ita meipsum et ad id quod spirituale est permitte dirigere. Qui ita dicitur: seductus est: et propriam perficit voluntatem: et optime obedientie se dera spernit: et deceptus et illusus meritum coram deo obedientie perdit. Hucusq; Limacus a principio quasi istius. h. huculq;. Vide. i. in. h. dicebat, verum beatus. Dixit senex, Obedientia grande ornamentum est monachis. Quicunque eam possederit et ipse audietur: et cum fiducia crucifixo christo obedienti vslq; ad mortem. Phil. ii. adstabat. Ordo obedientium qui torque auream in collo habet, maiorem gloriam possidet: et aliquis ordo viuendi, qui totus in voluntate patris pendens nullam habet requiem.

requiem. Est autem obedientia salus omnium fidelium: genitrix omnium virtutum: regni celorum inuentrix: celos aperit: hominem de terra eleuat: cohabitatrix est angelorum: cibus est omnium sanctorum. Ex hac enim ablactati sunt: et per hanc ad perfectiōnēm venerunt. Marcus Sylvani discipulus quoniam scriberet: et a patre vocaretur: ut obedientiam festinō compleret, medium quam scribebat figuram litere dereliquit cui quoniam diceret. Sylvanus pater de sue sylvestri q̄ esset bubalus: et haberet cornua: et ille confessus est. ii. Cor. x. Captiuauerat enim intellectus in obsequium obedientie, et transformauerat suum videlicet videre patris, quod super gloriosum est. Quoniam missus frater ab abate suo in vicum ut deferret necessaria ingressus eset domum ubi erat puella sola: et traheretur ab ea ad peccatum ait: Domine: propter orationes patris qui misit me salua me in hac hora, quo dicto, subito inuentus est ad ripam fluminis iuxta monasterium suum: et reuersus est ad patrem sine macula. Abbas Paulus mandauit Joanni discipulo q̄ duceret sibi simū boum qui erat iuxta sepulcra, et si inueniret ibi hyenam seuam bestiam: q̄ duceret eam captam. Iuit Joannes, irruit super eum hyena, ille vero voluit eam tenere, sed illa fugit, fugientem vero insecurus est Joannes, dicens. Abbas meus dixit ut te ligem et captam ducaz, illa vero stetit, et ille ligauit eam captam: et duxit ad patrem, pater admiratus ait ut humiliaret Joannī cedens eum: Stulte istum canem miserum quid huc adduxisti? et mox soluit eum senex et permisit discedere. Unus frater multū alias spiritualis inuidiebat cuidam alteri fratri germano suo multum obedienti, et duxit illum ad fluminiū ubi erant crocodili: et dixit ei. Intra flumen, et intrant, et non nocuerunt ei crocodili: sed lingebant eum. Iterum redeuntes inuenierunt mortuum: et orauerunt super illum: et surrexit, quod miraculum ille frater spiritualis et religiosus sibi imputabat, sed abbas dixit ei. Propter obedientiam fratris tui mortuus est resurrectus: non propter te. Duxit abbas cuidam suu discipulo q̄ lignum siccum quod ipse plantauerat, irrigaret, erat autem ab eis longe aqua: ut sero pergeret, et mane rediret, post tres autem annos viruit contra naturam lignum illud: et fructum fecit: q̄ fuit fructus obedientie. Joannes abbas in collatione sua de fine cenobite et eremite ait. Ultra humilitatis matris omnium virtutum, ac totius spiritualis structuræ solidissimum fundamentum, a nostris penitus exultat institutis, q̄ subiectionis iugū non sustinere contenti, ad presumptionem noxie libertatis protinus euolamus, q̄ non sum distinctionis regulam sed pro nostri arbitrii libertate senioris subiiciuntur imperio, ut non patientie fructum addiscere sed tempus adipiscende licentie expectare videantur. Si illius temporis sancti religiosi hoc dicebant: nostri temporis capitati et exterius vix signati in continua viuētes noxia libertate et sub prelatis, Zacha. xii. idolis victantes: quid possunt dicere? Idem preceptum euangelicū de crastino. Mat. vii, non cogitare: et prelato vñq; ad finem obedire: obseruare: non est minus pse cum anachoritic a puritate. Talis enim illum imisatur de quo dicitur Philip. ii. Humiliauit semetipsum factus obedientis vñq; ad mortem. et Non veni facere voluntatem meam: sed voluntatem eius qui misit me patris. Joā. vi. Idem: Finis cenobite est omnes suas mortificare et crucifigere voluntates: ac sum euangelium nihil de crastino cogitare. Mat. vi.

quē virum Esaias describens ait Es. lvij. Si quereris a sabbato pedem tuum facere voluntatem tuā in die sancto meo: et vocaberis sabbatum delicatum et sanctum dñi gloriosum: et glorificaueris eum dum non facis vias tuas: et non inuenitur voluntas tua ut loquaris sermonem: tunc delectaberis super dominum, et sustollam te super altitudinem terre: et cibabo te hereditate Jacob patris tui. Ecce triplex premium religiosorum vere obedientium: et qui vere sanctificant sabbatum: delectatio exaltatio hereditas. Delectationem merentur: propter carnis macerationem. Exaltationem: propter voluntariam subiectionem. Hereditatem: propter voluntariam paupertatem: iuxta illud Mat. v. Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum celorum. In predicta autem auctoritate Esate ponuntur bona quibus vacare debent religiosi: ad quos proprie spectat sanctificatione sabbati. Sanctificatur autem sabbatum per eos per vii. scilicet per obieruantiam quietis spiritualis: per abnegationem proprie voluntatis: per studium dilectionis spiritualis: per munditiam mentis et corporis: per gloriam actoris: per restrictionem concupiscentie carnalis: per custodiam oris. Sed hodie communiter religiosi non sanctificant sabbatum, iuxta preceptum dñi. Exod. xx. Memento ut diem sabbati sanctifices. sed more iudaico carnaliter ipsum maculant: non sanctificant. Judei namque tanquam carnales carnaliter sabbatum custodiebant otio et commissariis vacantes: sic et religiosi hodierni ab exteriori opere cessantes sed non vacantes deo sed ac dios et gulosis de propria salute non curant. Contra quos Aug. Quoniam deus precepit obseruari sabbatum: illi in ihs que deus prohibet exercere sabbatum. Vacatio nostra a malis operibus, vacatio illorum a bonis operibus. Melius est arare quam saltare. et melius fodere quam murmurare. melius est scribere quam otiori. Lanteant tales ne in tali sabbato moriantur. Mat. xxviii. Orate ne fiat fuga vestra id est mors, sabbato scilicet acidie, hyeme: torporis et temporis. Eremite vero perfectio est exuere mentem a cunctis terrenis: et quamq; quantū humana fragilitas presumit et imbecillitas sinit: vivere cum christo: de quo dicit Thren. iii. Sedebit solitarius et tacbit: quod levavit se super se. et ps. cij. Similis factus sum pellicano ec. Raro ergo est et paucissimis dono dei concessa perfectio. Iste n. vere et non ex parte perfectus est: qui et in eremo squallorem solitudinis: et in cenobio infirmitatis fratrum equali magnanimitate sustentat. Et ideo in vita quam professione per omnia consummatum inuenire difficile est. quod nec anachorita contemptum et priuationem materialium rerum: nec cenobite theorie ad integrum potest assequi puritate. Jo. cassi. in. iii. lib. de institutis remuniantium ait: q̄ ingrediens monasterium in Egypto primo ponebatur et probabatur ad portas monasterij ad seruitum peregrinorum et hospitium per annum. quo completo admiscebatur congregationi fratrum: et tradebatur in cura vni seniori: qui x. iunioribus preerat et gubernabat. Cuius hec erit sollicitudo et eruditio principalis: per quas iuniorum introductus scandere consequenter letiam culmina perfectionis preualeat: ut doceat eum primitus suas vincere voluntates. quē studiose et diligenter in his exercens ea sp illi imperare de industria procurabit: que senserit animo suo esse contraria. Multis siquidem experimentis edociti tradunt monachos et marcie iuniores ne voluntatem quidem concupiscentie

Sabbati
sanctifica-
tio.

sue refrenare posse nisi prius mortificare per obediētiā suas dicērent voluntates. Ideoq; p̄nuntiat nullatenus vel iram vel tristitiam vel spiritum fornicationis posse extinguere sed nec humilitatez cordis veram nec cum fratribus unitatem perpetuam nec firmam diuturnam q̄ posse retinere concordiam: sed nec in cenobio posse quidem diutius permanere: eū qui p̄nus voluntates suas non didicerit superare. Idem Jo. cassi. ibidem. Tanta obseruantia obediētia regule custoditur: vt iuniores absq; licentia p̄positi sui non solum non audeant cellaz egredi: sed nec ipsi naturali necessitatī satissimacē propria authōritate presumant. Sicq; vniuersa completere quecunque fuerint ab eo precepta, tamq; si ex deo sint celit̄ edita, sine villa discussione festinant: vt nonnunq; impossibilia etiam sibimet imperata ea fide ac deuotione suscipiant, vt tota virtute ac sine villa cordis hesitacione perficere ea ac consummare intantur. & ne impossibilitatem precepti pro senioris reuerentia mecentur. Itaq; confidentes intra cubilia sua: & operi ac meditationi studium pariter impēdentes, quiz sonitum pulsantis ostium andierint, ad orationem. s. eos vel ad opus aliud inquietantis: certatim vniuersaq; de suo cubili prouumpit. Ita vt is qui opus scriptoris exercet: quam repertus fuerit inchoasse literaz finire non audeat: sed in eodem punto quo ad aures eius sonitus pulsantis aquenerit, summa velocitate prossiliens, nec tantum quidē mox interponat quantum cepti apicis consummet effigiem: sed imperfecte litere lineam derelinquens non tam operis compendia lucrave sectetur: q̄ virtutem obedientie exequi toto studio atq; emulatione festinet, quam non soluz operi manuum vel lectioni vel silentio & quieti celle, verum etiam cūctis virtutibus ita preferut: vt huic indicent omnia postponenda. & vniuersa dispendia subire contenti sunt dummodo hoc bonum in nullo violare videantur. Item Jo. cassi. ibidem. Per humiliatēm & veram obedientiam ceterarum virtutū quis potest culmina ascendere. Sicut in Joanne abbatē patet, qui toto mundo claruit: & vsq; ad gratiā prophetice per virtutem obedientie extitit sublimatus. Hic itaq; Joannes ab adolescentia sua usq; ad virilem etatem seniori deferuiēs, donec ille in huius vite conuersatione durauit: tanta humilitate in hestate eius obsequijs: vt ipsi quoq; seni obedientia eius stuporem summum incuteret. Quis hanc virtutē vtrū de vera fide ac profunda cordis humilitate & simplicitate descenderet, an affectatitia esset & quodammodo coactitia, atq; ad imperantis faciem preberetur, volens manifestius explorare: plurima & etiam superflua minusq; necessaria vel impossibilia frequenter inuiungebat. Ex quibus tria ponam quib; manifestari possit volentibus scire vel mentis eius vel subiectiōnis integritas. Sumpsit namq; lignum aridum & putre: & fixit in terra. precepit q; Joāni vt illud aqua recta quotidie bis rigaret: vt in antiquā arborem reuincens diffusis ramis amenitatez oculis atq; vmbra culum estu feruentī subter residentibus exhiberet. Quod preceptum veneratione solita sine villa impossibilitatis consideratione suscipiens adolescentia: ita quotidianis diebus explevit: vt aqua serere per duo miliaria indeſinenter apportans, nullatenus lignuz cessaret rigare, atq; per totius anni spatium non infirmitas corporis, non festinatis solētitas, non occupatio necessitatis ullius que illū etiā honeste excusaret ab executione mandati: nō deniq;

hyemis asperitas intercidens, ab obseruantia precepi huiusmodi potuit impedire. Quumq; hanc eius sedulitatem tacitus senex consideraret: videretq; eū simplici cordis affectu mandatum suum velut divinitus emissum sine villa permutatione vultus vel rationis discussione seruare: sinceram eius obedientiam comprobans pariter & admittans tam longum laborem quem per totum anni spatium studio deuotionis impēderat: ad aridum virgultum accedens, Quidam inquit Joannes: misitne radices hec arbor an non? Quumque ille nescire se dirisset: senex velut inquirens rei veritatem & tamq; tentans vtrumq; suis radicibus teneretur: emulsi coram ipso leui comotione virgultum: sicque prouiciens illud, precepit ut deinceps rigare desineret. Hic idem Joannes ad dicti senis imperium tentatiū lenticulaq; olei que sola in eremo remanserat: per fenestram communēdam demisit ad terram: parum cogitans, vel retrahens precepti ineptiam, diutinam necessitatem, infirmitatem corporis, penuriam sumptuum, eremi squalentis angustias ac difficultates. Hic idem ad obedientiam dicti senis laxum quod multe turbe hominum mouere non possent: complicita nunc ceruice nunc toto corpore pronoluere contendebat: nō metiens impossibilitatem precepti pro reuerentia sensis, & obsequij simplicitate sincera: qua credebat fiducia senem non poste incassum ac sine ratione precepere. Abbas pater mutius cum filio suo circiter viii. annorum intravit monasterium. quadam die quum abbas infantem vidisset plorantem: simulans se commotum, ad probandum patris constans mortificationem & obedientiam, precepit patri vt tolleret filium: & iactaret in flumium, quod preceptum velut a deo sibi factum acimplens filium in vlnis rapiens proiecit in flumium: quem tamen procurati fratres post currentes de fluminis alio leua uerunt. Reuelatum autem continuo fuit seniori haec eum obedientia. Bene. xxij. Abrae patriarche opus impletus. quem post se migrans ad christum abbas successorem monasterio dereliquit. Quidam filius comitis ditissimi studijs literalibus non mediocriter institutus in monasterio conuersus, ad senioris preceptum confessim postq; intravit monasterium, & sportas cervicibus suis portans & per plateas circumferens, singillatim multis & non vni sicut sibi preceptum erat statuto precio venūdedit: non considerans tam vilis & inconsueti officij nouitatem spēdoarem natum: venditionis iniuriam: dum illam christi humilitatez. Mat. xij. (que est vera nobilitas animum que moribus ornat) per obedientie gratia desiderat obtinere. Abbas Pynusius abbas in egypto ingentis cenobij signis & virtutibus glorioſus timens ne fauo: populi fructus sibi premiū vacuaret eterni: occulte sumū monasterium fugiens habitu seculari induitus receptus est sicut novitus ignotus in monasterio Tabenstorarum in Thebaida. datusque est taq; senex inutilis & incognitus in adminiculum cuiusdam fratri adolescenti qui horuz suscepserat execendum, qui non solum omnia que ipse prepositus imperasset & que iniuncti operis cura poscebat: cu summa humilitate complebat: sumum humeris portando: & alia officia vilia faciendo: verum etiam quedam necessaria opera que propter horrorem a ceteris vitabantur noctis labore complebat, tandem cognitus a suis monachis eum querentibus: coactus est ad suū redire monasterium: dicens se inuidia dia-

boli proditum, ne bono subiectionis et obedientie potiret. Si le fecit id est receptus in monasterio Bethlemitano: qui tandem coactus ad suum rediit monasterium in egypto: et coactus est esse quod erat. Quidam iunior cuius a suo increpareretur abbatem cur humilitatem et obedientiam quam renuntians mundo per modico tempore retentare cepisset, dimitteret: diabolica inflatus superbia suaque contumacia respondit. Nunquid ob hoc neme ipsum humiliari pro tempore aut semper subditus sum: ad quod eius effrenatum scelustumque responsum ita est senior stupescens: precipiens verba hec non ab homine sed ab antiquo lucifero esse prolatas: ut nullam vocem aduersus tantam proternias de ore suo emitteret: et non nisi gemitus de corde tantummodo: et spiraria potuerit propalare: tacitus intra se volvens illud quod legit de christo. Phil. 1. Qui quum in forma dei esset, humiliavit semet ipsum factus obedientis: non ut ille diabolico spiritu ac timore possensus, pro tempore, sed usque ad morem. Jo. cassi. Nullo modo poterit in anima nostra virtutum structura consurgere: nisi prius iacta fuerint vere humilitatis in corde nostro fundamini: haque firmissime collocata perfectionis et charitatis culmen valeant sustinere. Ita videlicet ut primum fratribus nostris veram humilitatem intimo cordis exhibeamus affectu, in nullo. s. acquirentes eos contristare vel ledere. quod nullatenus poterimus implere: nisi renuntiatio vera que in expolatione omnium facultatum ac nuditate consistit, in nobis fuerit christi amore fundata. Deinde obedientie iugum et subiectio simplici corde ac sine villa fuerit simulazione suscepta. Ita ut preter abbatis mandatus nulla penitus in nobis vivat voluntas. Quod non aliter poterit obseruari: nisi se non solum mortuorum huic mundo, verum etiam insipientem iudicauerit ac stultum: vniuersa que fuerint a senioribus imperata, sine villa discussione perficiens: sacrosancta ea credentes ac divinitus promulgata. In qua consistentib[us] qualitate proculdubio status ille humilitatis vere tranquillus ac immobilis subsequetur: ut nosmetipsoe inferiores omnibus iudicantes, vniuersa que nobis fuerint irrogata tametsi iniuriosa sint vel tristia vel dolorosa: tamquam a superioribus nostris illata patientissime toleremus. hucusque Jo. cassi. in dicto. iiiij. lib. de institu. re. Quumque Paulus simplex discipulus magni Antonii semel ex simplicitate presentibus alijs fratribus interrogasset ipsum an christus prius fuerit a prophete beatus Antonius verecundatus per eum, quod sic eum discipulus suus absurde interrogasset: sile re eum ac abire iussit. Ille vero quod omne quod ab eo dictum fuisse tamquam preceptum dei seruare proposuerat: accedens ad cellam suam tamquam mandato accepto silentium gerere instituit: nec omnino aliquid loqui, et sic per annos permanxit. Quod quum percepisset Antonius: mirari cepit unde hec illi obseruantia placuerit; quam anime sciebat non esse mandatam. Quumque eum loqui iussisset: et cur tantu[m] siluerit indicaret: Tu (inquit Paulus) dixisti mihi ut irem et silerem. Et stupescens Antonius ita ab eo sermonem quem ipse negligenter protulerat obseruatum. Omnes nos iste (inquit) condemnat. Quum namque nos de celo nobis non audiamus loquentes: ab isto qualiter cu[m]que sermo qui ex ore nostro processerit obseruatur. multam tu[m] Antonius docere volens eum obedientiam, precipere ei solitus erat etiam que ratio non poscebat: in quibus eius animus probaretur. Haurire namque

aliq[ue]num eum aquam iussit ex puto: et in terraz tota die effundere: et contextas sportellas resoluere: atque iterum retexere: et rursus resoluere. Et ita per hec ad obedientiam purissimam informatus in breui ad perfectiorem peruenit. Ex cuius exemplo dicebat Antonius quod si quis velit velociter ad perfectionem venire: non sibi ipsi fieret magister: nec p[ro]p[ter]e voluntatibus obedire: etiam si rectum videretur esse quod velit. sed mandatum salvatoris obseruandum ante omnia, ut unusquisque abneget semet ipsum sibi et renuntiet propriis voluntatibus. Matth. xvij. quod christus dicit Jo. vij. Ego veni non ut faciam voluntatem meam: sed eius qui misit me. et utique voluntas sua non erat contraria patris: sed qui venerat obedientiam docere, non inueniretur obedientis: si propriam ficeret voluntates, quanto magis nos iudicabimur inobedientes: si faciamus proprias voluntates? Benigne supra dictus Paulus exemplum nobis est: qui obedientie et simplicitatis merito in tantum spiritualium gratiarum culmen ascendit: ut multo plures et potentiores virtutes per ipsum quam per Antonium dominum ficeret. Tantum fuit simplicitatis et fiducie apud deum: ut quodam tempore quum celeriter non curaret quendam oppressum a dirissimo demoni more canis rabientem: more infantum indignatus dixit ad christum. Vere ho[rum] die non manducabo si eum non curaueris. et mox quasi deliciose infanti satisfactum est a christo, et statim curatus est rabidus. Abbas Basilius interrogatus quoniodocib[us] sibi nunc fratribus obediens debet responderet. sicut seruus dominus suis. sicut precepit dominus. quod qui vult in vobis esse magnus, fiat omnium nouissimus et seruus. sicut filius hominis non venit ministerari. Mat. xx. sed ministrare. Dicebat senex quod nichil si deus querit ab ipsis qui initium habent conuertio[n]is: quanto obedientie labore. Quidam secularis renuntiavit seculo: et venit in monasterium adducetur secum suum filium parvulum infantez. quem abbas tenens osculabatur: et dixit patri suo. Amas hunc: et ille respondit: etiam. Postea dixit illi abbas. Tolle ergo si amas eum: et mitte eum in furnum ardentez. et tenens eum pater suus iactauit in furnum ardensem. et statim factus est furnus velut ros. Daniel. viij. Ex quo facto acquisivit sibi gloriam. quemadmodum Abraam patriarcha. Idem quasi s. eo. ver. abbas pater. Beatus Benedictus iussit dari oleum: quod remanserat cuidam subdiacono. sed cellararius non obedivit ne fratribus oleum deesset. Irratus pater iussit alijs fratribus ut ipsum vas vitreum in quo parum olei remanserat, per fenestram proiecere: ne in cella aliquad per inobedientiam remanceret. factumque est. sed projectum vas remansit incolume. Tunc collectis fratribus beatus Benedictus de infidelitate et inobedientia inobedientem monachum increpauit. Marrat Greg. in dialogo li. iiiij. de epo sabino epo placentino. quod cum Paulus fluminis egressus alueu suus terras ecclesie occupasset: dixit diacono suo. Vade et dic p[ro]p[ter]e mandat tibi ep[iscop]us ut te compescas: et ad proximum alueu redeas. quod diaconus irrigit: nec obediuit. Tunc vir dei accessito notario dictatuit, dices. Sabinus domini nostri Iesu christi seruus commonitoriu[m] Pauli. Precipio tibi in nomine Iesu christi ut de alueo tuo in locis istis ultraeius non exeras: nec terras ecclesie ledere possimas. et dixit notario. Vade hoc scribe et in aqua eiusdem fluminis hoc piice. Quo facto sancti viri preceptum suscipiens aqua ad alueu est reuersa, qua in re inobedientium duritia confundit quan-

de in virtute Iesu et elementis irrationali sancti vi
ri preceptis obedivit. Vir dei contra Samariam mis
sus, qd per inobedientiam comedit in itinere: huc leo
in itinere occidit sed statim illuc scriptus est, iii Reg.
xiiij. viij. q. i. deniqz. qd stetit leo iuxta asinum et non co
medit de cadasuere. Ex qua re hūm Greg. in. iii. dialo
gorum ostendit qd peccatum inobedientie in ipsa fue
rit morte laxatum. In libro qui dicit paradisus dici
tur qd quum Sidimus monachus rogasset beatum
Antonium magnum qui eum ad visitandum vene
rat: qd in cella sua flecteret genua et ptez sunderet: sta
tim fecit. at secundo noluit se rogari. iphis nos rebus
doceens sanctorum voluntatibus obedire: qd verus mo
nachus non contendit. Joseph in coll. sua de definiē
do dicit. Seniores nostri quorū fideli apostolicarū si
gna virtutum testimonia reddiderunt: quicqz vniuer
sa iudicio potius ac discretione spiritus, qd rigida ac
obstinatione gesserunt: eos qd alienis infirmitatibus
et voluntatibus acqescerent, multo vheriores fruct
penitentie qd eos qd in suis voluntatibus perdurarent
capere censuerunt. Deniqz abbas Siāmō post. xxv.
annos oblatam sibi vuam et vinum a quadam fra
tre sine hesitatione suscipiens, confessim ea que inge
sta fuerant contra consuetudinem degustare, qd igno
re cunctis continetie maluis propalare virtutē. Idē
in eodē. Nunc rationabiles ac probatos patres du
ros aut irrevocabiles in suis definitionibz fuisse me
minimus, sed velut ceram calore ita etiā eos ratione
mollitos: et intercedente salubriori consilio meliori
bus partibz sine hesitatione cessisse. Quoscūqz antez
vidimus definitionibz propriis inherere: rationa
biles semper probauimus ac discretionis expertes.
Quidam venit ad abbatem Siloy volens fieri mona
chus vnicum habēs filium, cui dixit Siloy. Si vis
fieri monachus proīce filium in flumen, quo volen
te facere misus a Siloy alius frater dixit. Ne iactes
puerum in aquaz, dixit ille. Abbas precepit vt iacte.
Qui frater. Ille et iterum precipit qd non facias. Ille
autem relinquens filium factus est monachus pro
batissimus propter obedientiam. Dixit abbas Si
loy. Hui ad abbatem Achillem qui fuit magne obe
dientie, et ad abbatem Oz. qui magne humilitatis
fuit, et quum starem ibi: allatus fuit eis quidam pi
scis modicus: quem quum abbas Achilles incide
ret vt pararet eum: vocatus est ab Oz, ille autem di
misit cultellum in medio piscis statim: et non preci
dit eum: et currexit ad eum, et miratus sum tantam
obedientiam eius: quia non dixit, expecta donec inci
dam piscem. Et dixi ego abbatii Achilli, Ubi inueni
sti obedientiam hanc? respondit. Non est mea: sed
istius senis. et dixit mihi. Hui et vide obedientiam et
humilitatem eius. Loquitur aut Achilles partē pisces ma
le: ita vt perderet illū voluntarie, et apposuit seni. et il
le manducauit nihil loquens, et dixit ei, Bonum est
senex? et ille respondit, bonū est valde. Post attulit
alia partē nimis coctā, et dixit. Ecce illud perdidisti se
nex: et istud nimis cori. Respondit etiam modice
mali cibi exiuit. Et conuersus ad me abbas Achil
les dixit. Vnde qd hec obedientia isti⁹ senis est. Et exi
ui ab eis, et qd ibi vidi: feci hūm meā virtutē. Qui
dā patrū misit discipulū suū procul haurire aquā ad
puteū, qui oblitus portare funē, residens sup puteū
clamauit dicens. Lacus lacus: abbas me⁹ precepit
mihi vt implerem lagenā istā aqua, et statim ascēdū
aqua usqz ad summum putei obediēs sibi: sicut ipse
suo patri spirituali, et impleuit lagenā aqua: et reuer

sa est aqua in locum suum. Quidam puer cuz patre
suo venit instincte ad penitentiam faciendā, qd quic
tentaret a fornicatione dixit patri, Uado ad seculuz;
qd non possum carnis cōcupiscentiā tolerare. Qui pī.
Accipe panes. xl, et esto in eremo deferens solia pa
marum. xl. diebus, qd obediens patri quū quiueisset
ibi. xx. diebus stetit corā ipso velut mulier ethiopissa
turpissima et feridissima: ut abijceret eam a se seto
rem non tolerās. Qui illa, Ego sum qd cordibus iue
num dulcis appareo, sed pp tuam obedientiā et labo
rem et orationem non permisit me deus te seducere.
Ille autē surgenz nūtiauit patri. Qui pī. Et ego ing
nou, sed si pmansilles. xl. diebus iuxta mandatum
meum maiora vidilles. Sanctus Abraam anacho
rita in cella oclusus pfecte viuens roga ab epo ire
ad vicum gentilium, et converttere eos, cui Abraam.
Obsecro inquit sanctitatem tuam ut me mala mea
plangere permittas. Qui eps. Ecce mundū et qd in eo
sunt reliquistz crucem christi amplexus es, attamē
donec vniuerſa hec expieueris: agnosce te obedientiam
(qd cunctis virtutibus eminet) non habere. Hec ille
quum audiret cepit flere, et ait. Fiat voluntas dñi. pp
obedientiam quocunqz iussis pergam. Beate me
morie Arsenius dixit aliqui abbatii Alexander. Qd
expenderis palmulas tuas: tūc veni et gustabimus.
Si autē aliqui peregrini superuenerint: comedē cū
eis. Abbas autem Alexander leuius operabatur, et
quum facta fuisse hora manducaudi: supererat ad
huc ei de palmulis suis, sed volens custodire sermo
nem senis sustinuit donec explicaret palmas. Abbas
autem Arsenius quum videret quia tardaret: gusta
uit, exsultans quia sorte peregrini superuenerant: et
cum iphis gustasset. Abbas autē Alexander postqz
explicauit palmulas: vespere perrexit ad Arsenium.
Et dixit Arsenius. Peregrinos aliquos habuisti?
Et ille respondit, non. Et Arsenius. Quare ergo nō
venisti? Et respondit. Tu dixisti mihi, qd defecerint
palme: tūc veni, ego habens sermonem tuum in ani
mo meo non veni, qd modo adhuc compleui opus.
Et miratus est senex scrupulositatem obedientie ei⁹:
et dixit. Litus disiungere ab opere tuo: ut et ministe
rium psallendi facias et aquam tibi haurias. Aliogn
citius debilitabitur corpus tuum. Generunt aliqui
fratres quatuor vestiti pelliceas tunicas deserti ad
abbatem Dambo. Et indicauit vniusquisqz virtutē
alterius non presente eo de quo loquebatur. Unus
autē ex eis ieiunabat multum. Alter vero nihil possi
debat. Tertio vero habebat plurimam charitatem.
De quarto dixerunt. qd. xxvij. annos habebat pma
nenis, in obedientia senioris. Rūdit eis abbas Dam
bo. Hico vobis qd istius virt⁹ maior est aliorū, qm
vniusquisqz vestrum virtutem quam possidet ppia
volūtate retinuit, hic autē solus suā voluntatē absen
tia aliena voluntatis se seruum fecit. Tales n. veri
confessores sunt si vlgz ad finem ita perseverauerint.
Dicebant lenes qd ita querit christus a christianis:
vt obediāt qd diuinis scripturis, qm inde accipiet lo
quendoz et agendoz formam. Et vt consentiat pre
positis et patribus suis orthodoxis. Item scienduz
qd vbi inferior platus vel index aliqd p̄cipit, et supe
rior aliud contrarium superiori obediendum est, qd
qualiter intelligatur no. ii. q. iii. qd resistit, vbi de hoc
Unde sup illud Ro. xiiij. Qui superiori resistit: ipsi
sibi damnationem agrunt, dicit gl. Aug. Si quis iusle
rit in qd faciendum est: si contra proconsulem iu
bebatur? Rursum si qd ipse procōsul iubeat: et aliud

imperator:

In quibus
sit obediē
dum supē
nori.

Imperator: nunquid dubitas illo contemptu illi esse
serviendum? Be hoc etiam habet dicitur. viij. q. contra mo-
res. Notat etiam Inno. ex de appelle. ad hec. q. in du-
biis maxime in spiritualibus obedieō est. Be hoc
etiam plene non extra de tempo. ord. ad aures. Itēz
non tenentur subditi obediē prelati in his q. non
pertinent ad officium suum. xvij. q. iij. hoc tñ. et no.
in pre. c. ad aures. Dicitur. n. Seneca in. iii. lib. de bene-
ficijs. Errat: si quis existimat seruitutem in totuꝝ ho-
minē descendere. pars eius. s. corpora obnoxia et ad-
scripta sunt dñis. mens quidem sui iuris est. Et ideo
in ijs que pertinent ad interiorē motum vel votū
voluntatis: non tenet homo obediē homini. sed in
ijs que exterius per corpus sunt agenda. In quibus
dam tamen que ad naturam corporis pertinet. ho-
mo homini obediē non tenetur: sed soli deo. q. oēs
homines natura sunt pares. puta in ijs que ad cor-
poris pertinent sustentationē et prolis generationē.
Unde non tenentur nec serui dñis. nec filii parentis
bus obediē in matrimonio contrahendo: vel virginī-
tate seruāda: aut aliquid hmo: nisi de bono et equo.
de hoc legitur et non extra de despon. impub. c. j. et no.
ex de regu. cum virum. in gl. paterna devotio. et xxv.
q. i. c. j. et de cōi. seruo. c. j. xxij. q. i. integritas. Sed in
ijs que p̄tinent ad dispensationem actuum et rerum
humanarum tenet subditus suo superiori obediē:
sūm rationem superioritatis: sicut miles duci exercit⁹
in ijs que pertinent ad bellum. xxij. q. i. quid culpas.
vbi de hoc. Seruus domino in ijs que pertinent ad
seruilia opera equeienda. liij. di. quicunq; et quasi p
totum. et extra de iudeis. c. ij. Filius patri in ijs que
p̄tinent ad disciplinam vite et curaz domesticā. xxij.
q. iij. duo ista. de obedientia religiosorum supra ples-
ne dixi. Tenentur etiam christiani potestatibus se-
cularibus obediē infidelibus. per fidem enim non
tollit ordo iustitiae: sed magis firmatur. sed ordo iusti-
tie requirit ut inferiores suis superioribus obediāt.
aliter enim non posset humanarum rerum status co-
seruari. ad hec. i. Pet. ii. Serui subditi estote in omni
timore dñis: non tantum bonis et modestis. sed etiā
dyscolis. xj. q. iij. iulianus. et s. Item in psalmis. et ex
de iude. multorum. lxxix. di. ad hoc. Non tamē per
hoc possunt iudei aut saraceni habere seruos christia-
nos. q. prohibitus est ex causa. ex de iudeis. c. j. et iij. et
c. ad hec. et c. f. Excommunicatis etiā dñis. quam-
diu extat excommunicatio. non tenentur vasalli obe-
dire. Ad hec. xv. q. vi. c. nos sanctoz. et c. iuratos. vbi
de hoc. Nec hereticis. extra de here. c. vlti. Nec tyra-
nis usurpatibus publice principatum: nisi iam cō-
firmatis. iij. q. vi. s. tria. ver. verū tamen. in glos. ecce
quantum. Itēz superiori iudici. vbi sunt duo. obedie-
dum est. ut dicū est in pre. c. qui resistit. et hoc habet
locum quando ad superiorē appellatum est. vel qn
vnus iudeo habet iurisdictionem ab alio. ut officia-
lis ab epo. s. de iudi. iudicuz. C. de offi. rec. prouin. po-
tiores. ad hec faciunt. xxj. di. inferior. extra de offi. leg.
volentes. Ubi autem sunt equales dñi quibus alijs
tenentur: et precipiunt diversa: obediāt vtricq; si pōt. s.
de ope. liber. libertus. et no. de peni. di. j. s. hoc idem.
ver. nemo enim. in gl. diversis. alias obediāt cui pri-
mo iurauit. q. primum iuramentum seruandum est.
extra de iure iurā. tua. et c. veniens. Si autem quis in
duobus beneficijs intitulatus est: et sub diversis pla-
tis: tunc obediāt ei a quo maius habet beneficium:
et qui utilius precipit. c. extra de testa. cum in officijs.
c. relatum. iij. et extra de postu. c. fin. Si in omnibus

sunt equales: locus est gratificationi. ff. ad sylua. sena-
tus consul. si quis in graui. s. sicut omnis. Hec in ordi-
narijs iudicibus locum habent. In delegatis vero
seruatur quod dicitur extra de rescrip. cuꝝ contingat.
Item tam in ordinarijs qz in delegatis locū habet.
extra de sen. et re iudi. c. fi. Si precipiat ep̄s sacerdos-
ti excommunicare vel denuntiare aliquem quem sa-
cerdos et maior pars parochie scit innocentem: nihil
lominus obediāt sacerdos. xj. q. iij. sententia. xxij. q.
j. quid culpatur. extra de offi. delega. si qn. c. pastoras-
lis. s. qz vero. Unde Bern. ad Adam monachum.
Quedam sunt pura bona. quedam pura mala. et in
ijs nulla debetur obediētia hominibus. qz nec ma-
la agenda: nec bona sunt propter obedientiaz dimit-
tenda. sed inter hec sunt media. et in ijs non est fas sen-
sum nostrum preferre sententie magistrorum. s. vt vi
gilare. disciplinare. ieunare. peregrinari. et similia.
Si ep̄s precipiat clericuꝝ suo ut eat Romam pp ne-
gotia ecclesi: non potest se excusare ab obediendo,
qz dicit q alij sunt ibi magis idonei. qz in legationi-
bus non est ordo seruandus. ff. de lega. secundo. s. pe-
nulti. et no. de hoc. xvij. q. j. vos autem. Nec potest se
excusare pretextu cure familiaris. quia communis
utilitas preferenda est priuate. extra de postu. pre. bo-
ne. et hoc tamen intelligas fz ea que no. viij. q. j. scias.
Non tamen tenetur obediētia ut promoveat nego-
tium contra semetipso. ff. de lega. secundo. s. si accu-
satio. et c. extra de iure. petito. et faciunt ea que no.
xij. q. v. de forma. in gl. sic ergo. Item non tenetur
clericus obediētia prelato suo ad dandum ei vel suo
nepoti libros suos: vel renuntiare beneficio vel ecclē-
sie sue. quia non pertinet hoc ad officium prelati. viij.
q. j. quia frater. Ideo dixit cantor Parisiensis q no
tenentur clerici ad obedientiam bursalem sive argē-
tinam. sive mulinaz. sive equinam. Si tamen iste cle-
ricus sit habens clericos dure cervicis: sit et ipse supe-
rior p̄cipit q commonet clerico bone indolis et inge-
nij: ut studio theologie ad quod mittit ipsum profi-
ciat vel iuris canonici aut civilis: tunc obediētum
est ei. quia non mouet ipsum cupiditas: sed charitas
et ecclesiastica utilitas. c. pre. c. quia frater. et extra de
magistris. super specula. Et hoc intelligas quando
ille clericus cui talis obedientia iniungitur. libros
de bonis ecclesiæ acquisiuit. alias secus. extra de testa.
requisti. et c. quia nos. et de iure patro. cum dilectus.
s. nos igitur. xij. q. iij. c. j. et iij. et q. v. fixum. et no. xij. q.
j. res ecclesiæ. Ray. Greg. in moral. Obedientia que
habet aliquid de proprio. in prosperis nulla est aut
minor. quia fz voluntas propria non videtur princi-
paliter tendere ad impletum preceptum: sed ad
adsequendum proprium volitum. In aduersis au-
tem nisi ex semetipso animus appetat: obedientie si-
bi meritum minuit. quia ad ea que in hac vita despe-
cta sunt. inuitus nolensque descendit. viij. q. j. scien-
dum. Religiosi profitentur obedientiam quantuꝝ
ad regularem conuerationem sūm quam platis suis
subduntur. Ideo quantum ad illa sola obediētia te-
nentur: que possunt ad regularem obseruantiam p-
tinere. Et hec est obedientia sufficiens ad salutem.
Si autem in alijs obediētia voluerint: hec erunt ad cu-
mulum perfectionis. dummodo ista non sint contra
deum aut contra professionem. Unde Bernar. dicit
in lib. de precepto et disciplina. Subditus nec citra
promissum est inhibendus: nec ultra promissum
cogendus per legem obedientie. Credo tamen q
ista regula fallat in obedientia fratrum minorum:

qui per regularem professionem suam tenentur eorum prelatis obedire in omnibus que non sunt contra regulam, aut contra deum, aut animam, sicut in eorum regula continetur. Et hec obediencia strictior et per se cetero est obedientiis aliarum regularum. Et hoc est proprium eum euangelium seipsum ex toto abnegare, Mat. x. 2. xvi. 12. Mar. viii. Luc. ix. 2. xiii. Nihil enim fratres minores excipiendi in obedientia regule ad omnem sunt generaliter obedientiam obligati, prius, Cor. xv. 2. Heb. ii. ex de primis, q. circa, cum si, vbi de hoc. Religioso imponuntur aliqua que sunt eum regulam, ut que continentur in regulis, et ea que ad debitum illorum obseruantiam expediunt vel requiruntur. Et in hoc non est dubium quod religiosus teneatur suo obedire prelato, nisi impedimento legitimo excusat, extra de maio, et obe, cum in ecclesiis, extra de simo, ne dei. Aliqua vero imponuntur preter regulam, ut quod nec ibi continentur, nec expediunt ad illas; nec ordinantur, ut eleuare festucam, et hic etiam non tenetur obedire, q. non tenetur nisi quatenus se obligauit sua professione, ut, s. diri. Perfecta tamen obedientia est in his obedire. Aliqua imponuntur contra regulam. Et hic distinguendum est, q. quedam sunt in quibus prelates potest dispensare, ut abbas in suo carnium ex causa, ut no, extra de sta. mo, cuz ad monasterium, in gl. sic ergo, 2. xx. q. vlt. c. vlt. Et tunc tenetur obedire, q. melius est mactare mentem quam ventrem, viii. q. j. sciendum. Quedam in quibus non potest dispensare, ut in castitate, et in habendo proprium, et similibus, extra de sta. mona. c. ii. 2. c. cuz ad monasterium, s. fin. Et tunc non debet obedire. Aut dubium est an dispensare possit aut precipere. Et tunc obediendum est, xiii. q. j. quid culpatur, et de hoc latus notatum est, s. Item tenetur religiosus obedire suo prelato precipienti, q. sicut in scholis vel q. addiscat, q. non est hoc contra professionem regularem, excepto studio physice, et legum, eis prohibito, extra ne cleri, vel mona, non magno. De quo textu arguo quod studere in sacra theologia, et sacris canonibus qui practicent ipsam non est ipsis prohibitus. Et c. decre, eiusdem t. super specula, s. fi. et expressus, ex de renu, post translationem, s. ceterum, ibi. Ac per exercitium lectionis scientie reperit scientiam margaritam, de conse, di. v. nuncibz ibi. Ama scientiam scripturarum, 2. xvij, q. j. doctos, in primo verbo, 2. c. legi, ibi, et cum desit ei instructio necessaria. Idem dico etiam eis concessum studere in liberalibus artibus temperate et sine debito ad sacras literas melius intelligendas, errores vitandas, et confutandos, xxvij. di, qui de mensa, 2. c. si qd. 2. c. turbat, 2. s. econtra, 2. s. cur ergo, excepta Arithmetica, et Geometria, et Astronomia: q. non sunt scientiae regulam huius Hiero. Scientia autem pietatis est legere, et studere in sacris literis, xxvij. di, si quis grammaticam. Astronomia autem prona ad idolatriam in desuetudinem abiit, xxvij. q. j. s. his ita. Ad hoc tamen quod posit religiosus sacro studio intendere, duo precipue exiguntur. Primum, ut ex obedientia cogatur, vide extra ne cleri, vel mona, ut periculosa, li. vij. q. s. apostolum scientia inflat, i. ad Cor. viii. et extra de renu, nisi cum pridem, s. p. defecit. Et q. dicit inflat, i. ad superbiam inclinat. Inflatio enim pro superbia accipitur, ix. q. iij. si autem, Et dicit Berni. Sicut cibus indigestus, corruptit stomachum, et hydropticum facit, sic scientia adiecta nisi sit seruore charitatis decocta malos mores generat. Et quia ex se semper debet in claustru manere, xvij.

A quibus
studij ar-
ceantur re-
ligiosi.

q. placuit, ibi. Sit claustro suo contentus, qui scire pisces sine aqua caret vita, ita sine monasterio monachus. Sedeat itaque solitarius, et taceat: q. mundo est mortuus: deo autem vivit. Secundum, q. intentio eius non sit ad gloriam nec appetitum honoris: sed ad sapientiam, dictam a sapore, et gusto diuino, adspirare, q. monachus non docentis sed plangentis habet officium: qui et se et mundum lugeat, xvij. q. j. monachus, vii. q. j. hoc nequaquam. Et dicebat sacer Franciscus requisitus a fratre quid legeret, q. sufficiebat ei legere in libro crucis. Et dicebat fratribus suis. Tot erunt vocantes scientie: q. beatus erit ille qui se ab ea sterilem fecerit propter deum. Nec potest abbas non exemptus mandare per obedientiam monacho suo, q. non confiteatur episcopo vel penitentiario suo, q. est ordinarius omnium de diocesi clericorum, et monachorum, xvij. q. viij. omnes basilice, extra de offi, ordi, conquerente, extra de offi, archiprel, officiis, extra de prescrip, cum olim, s. fi, ibi. Penitentia in leuosis culpis. Nec tenetur monachus deuoto suo abbati peccata illa de quibus semel fuit confessus, et absolvitus ab episcopo vel penitentiario, confiteri, de peccato, q. his authoritatibus asseritur, ver, nec est necessaria, nisi in casibus positis ibi in gl. que incipit, in causis tamen. Unde dicit Thomas quod non potest quod authoritate cuiuscunqz hois copelli ad confitendum peccatum quod alteri confessus est, q. absoluere potuit, q. confessio peccatorum est quoddam sacramentale diuino imperio subiacens non humano. Non tenetur religiosi etiam non exempti obedire in omnibus epis. Unde si perecipiant prelato eorum vel fratri quod vadat ad papam vel regem pro ipsis aut pro aliis; aut quod recipiant commissiones eorum in causis: vel executiones testamentorum aut familia: non tenetur obedire. Ad hoc, xvij. q. ii. c. hoc t. iii. xvij. q. j. de p. ntium, extra de simo, ne dei. Credere tamen quod pro necessitatibus vel magnam utilitatem possunt epi talia demandare, et ipsi tunc obedire tenentur: per ea que leguntur et no, xvij. q. j. qui vere, 2. c. quidam monachi, vbi de hoc, 2. ii. q. viij. cura pastoris. Non possunt religiosi non exempti sine licentia diocesani vel eorum vicariorum vel capituli vacante ecclesia ad ordines proximandi per alium episcopum, quia sublunt epis: et de eorum iurisdictione sunt, ut supra probatum est, extra de prescrip, veniens, s. chrisma, expressum extra de tempo, ordi, cum nullus, s. inferiores, lib. vij. et s. illum, s. et sequentem intellige quod dixi supra de vicariis. Si eis copulus velit monachum instituere rectorem in ecclasia seculari, et abbas nolit, obedire monachus abbati, xvij. q. j. cum pro utilitate, 2. c. monachi, lvij. di. c. i. 2. ii. Si tamen utilitas ecclesie erigit, cogendum est abbas per superiorum consentire, et monachum licentiare, ut p. c. cuz pro utilitate, et extra de iure patro, nullus, et facit extra de sta. mo, quod dei. Si prelates vocet ad se aliquem religiosum ad suum comitatum, vbi ille religiosus regulam suam vel statuta alia regularia seruare non potest: consulo ut ad claustrum propriu revertatur: nec periculum suum exponat comodis alienis, xlviij. di. sicut. Si vero decepto pape vel superioris cogatur, et nequeat misericordiam inuenire, necesse est obedire, c. extra de offi, deleg, si qn. xix. di. in memoriam, c. di. contra morem, et ibi prout poterit regulam suam obseruet, q. gratia dei vbiqz das, et regula vbiqz difficeretur seruari potest, q. nec societas nec locus est de substantia reguli, c. bonum, xl. dist. illud, 2. c. quilibet. Item notans

dum

dum q̄ regulares longe magis sunt adstricti platis suis obediere, vt pote qui renuntianerunt omnibus & proprie voluntati q̄z clerici seculares epo. xiiij. q. i. nō dicatis extra de off. or. quāto. z. s. dixi. Et clerici magis sunt adstricti obediere epo q̄z laici. c. lxxij. d. primatus. viii. q. i. quid aut. Teneat monachus obediere epo immo abbate vocatus pro cubiculari, licet videatur privilegiz papale. no. xiiij. q. viii. cū pastoris. sūm additionem Bat. licet alij sint contra. vide qd no. s. §. sed vt sciant. ver. inquit. & in additione ibi posita. in. c. xx. Non solū non est obediendū p̄cepto iniusto mānifestesed etiā in honesto & incommmodo. no. xiiij. q. iij. non semper. hucusq; Ray. ab illo. ver. supra si eps.

Iterum ad ampliorem obedientie notitiam veniamus: & primo eam describamus. Obedientie est voluntas faciendi preceptum vel mandatum superioris. Et intelligas mandatum quod fit mediate: vel per nuntium: vel per literas. Preceptū vero quod fit immediate. Vel mandatum intelligas voluntatē indicatam que est sine coactione imperij. Preceptū vero est quando est imperij coactio. Probatur hec descriptio. xiiij. q. i. quod precipitur. vbi etiam de hoc no. Item sic describitur. Obedientia est spontaneuz & voluntarium & rationabile proprie voluntatis sacrificium. Probatur hec descriptio. xx. q. iij. presens. xv. q. i. non est. viij. q. i. scienduz. Vel obedientia est p̄io studio proprie voluntatis abnegatio. ad hoc. xiiij. q. i. non dicatis. Et notandum q̄ propria voluntas dupliciter accipitur. Uno enim modo dicitur voluntas propria: que non est deo subiecta. Et sūm hoc abnegatio proprie voluntatis sit: quām voluntas nostra diuine voluntati subiicitur. Phil. ii. Jo. iiiij. z. vij. Lu. xxij. Mar. xiiij. & Mat. xxvj. Alio mō dicit propria voluntas: que non est subiecta homini. & sūz hoc voluntas propria abnegatur in eo qui se voto obligans homini voluntatem suaz subdit voluntati humane. Et sic abnegatio proprie voluntatis specialiter videtur pertinere ad religiosos. vt pre. c. non dicatis. & extra lib. vj. de elec. si religiosus. De prima abnegatione magister Hugo de sancto victore ait q̄ sp̄itus hominis in medio quodam loco constitutus, supra se crearem suum habet: cui subiectus esse debet. sub se carnem suam: cui debet esse platus. Rom. viij. Aliud ergo debet creatori propter subiectionez. aliud carni propter prelationem. Creatori debet vt nunq̄ preter eius voluntatem se moueat extra illaz effluendo. Gen. xlxiij. ad Heb. ii. presumens illa q̄ non debet: vel infra illam subsistendo: torpens ab h̄s que debet. Carni vero. s. ancille debet vt eam s̄z arbitriu rationis. s. dñe disponat. Hec caro non est habenda odio. scđm apostolum Ephe. v. xiiij. qd. iij. non existimetus. Ber. Monne odir carnem suam qui ei cū mulos gehenne mercatur: & sūm duritiam suaz & cor impenitens thesaurizat iram in die ire. Optime diligat carnem: qui concilcat & macerat eaz sicut pānus a fullonibus concileatur: vt mundior & melior fiat. Apoc. viij. Si sunt qui venerunt de tribulatione magna & lauerūt stolas suas in sanguine agni. Itē Ans. Non est aliud peccare, q̄z non reddere deo debitum. Omnis enīz voluntas rationalis creature subiecta debet esse voluntati diuine. Hoc est debitū qd debet angelus & homo deo. Et hec est iustitia siue rectitudine voluntatis: que iustos facit siue rectos corde. i. voluntate. Hic est solus & totus honor quem debemus deo: & a nobis exigit deus. Sola namq̄ talis voluntas facit opera deo placita: quām potest operari &

